PRE-LIN
MEDIUM
QK41
.P55
1700

Missouri Botanical Garden Library
3 1753 00417 3917

ALMAGESTI BOTANICI
MANTISSA

Plantarum noviſſimè detectarum ultrà Millenarium numerum

COMPLECTENS.

Cui, tanquam pedi jam ſtantis Columnæ,

PLUS ULTRA

Inſcribere fas eſt.

Cum Indice Totius Operis ad calcem adjecto.

——*Aſpice quantum*
Congruet ardori mox Anagramma meo.

Mo. Bot. Garden,
1893

Multùm adhuc reſtat operis, multumque reſtabit, nec ulli nato
poſt mille Sæcula, præcludetur occaſio aliquid adjiciendi.
Seneca.

LONDINI. MDCC.
Sumptibus Autoris.

Dedit nobis hæc Otia DEUS.

LEONARDUS PLUC'NETIUS

Candido Lectori.

SAPIENTER olim summus Vates Homerus, *homines epitheto perquàm accommodato ἀλφησὰς, hoc est* Indagatores, *Repertoresque appellarit; Est enim* Hominis *hoc maximè proprium* Invenire *semper aliquid, & quæ abdita diù latuerant, in* lucem proferre. *Hinc Artes inventæ omnes initio rudes, deindè verò aliis excogitantibus sensim excultæ, atque ad insignem, non summam tamèn perfectionem deductæ; Locus ubìque sempèr est novarum rerum Inventioni. Id cùm in omni* Facultate *conspicuum est, tùm præcipuè in* Botanicâ *intèr præcipuas* Artes *nobilissima compertissimum; Quæ cum eò perducta hodiè sit, ut nihil magnificentius, nihil ornatius, aut dici aut excogitari posse videatur, haùd tamen adhùc obstructa est novis rebus Inveniendis via, nec multa etiamnùm desunt, in quibus præstantissimi Viri Ingenij nervos intendant in ultimâ manu operibus imponendâ.*

Post evulgatum sanè meum Almagestum Botanicum *s.* Phytographiæ *totius* Onomasticon, *quædam necessaria circà nonnullas Plantas* ibid. *recensitas adhuc Observabam; aliquot alias insupèr ex abundanti non minùs elegantes quàm valdè raras ad meam notitiam pervenire contingebat; quarum neminem hactenùs mentionem feciſſe arbitror, Luxuriosa namquè est plantarum seges ut optimè scribit* Turnefortius *& demetendæ forsàn jamjàm collectis longè sunt copiosiores; Adeò enim immensum est hoc rei* Herbariæ *studium, ut quam multæ à diligentibus* Indagatoribus *quotidiè reperiantur Novæ Plantæ quas in rerum* Naturâ *minimè extare putabamus. Plantæ novæ sunt dictæ, non quod Naturæ novas in illis ediderit formas, sed quod à* Novi Orbis *Exploratoribus nobis fuerint novitèr detectæ.* Epist. ad Sherard.

Eam ob rem tum illa quæ Observabam ad illustranda plurima, tum inter infinitas, propemodùm quas antèa possidebam plantas, nonnullarum Icones affabrè delineatas & ære incisas (harum equidem perpaucas ob sumptus immodicos) in hanc Mantissam *congerere operæ prætium esse ducebam, cæterasque nudis nominibus adjiciendas censui, indicatis folio & lineâ quibus inseri deberent, ut iis qui* Almagestum & Phytographiam *nostram sibi comparárunt, hæ nostræ* Post-Curæ *etiam usui esse possint.*

Candido Lectori.

Nec pudet me profiteri per quos profeciſſim; Has enim Plantas perquàm variſſimas; quæ maximâ, & præcipuâ mole auxêre Mantiſſam *noſtram, acceptas referimus munificentiæ Ampliſſimi Viri, & Mercatoris* Londinenſis *celeberrimi, nec non Directoris Literaræ Societatis* Indiæ Orientalis *apud* Anglos *digniſſimi,* D. Caroli du Bois, *Stirpium exoticarum Æſtimatoris eximii, & in arte* Botanicâ *tàm docti, quàm qui maximè, non minùs quàm Communicationi Ornatiſſimi Viri* D. Alexandri Brown, *eruditi* Scoti Medicinæ & Chirurgiæ, *perindè ac* Matheſeôs *Facultatibus cum primis periti, qui Plantas rariores quam plurimas, quas ipſe propriâ manu collegit, atquè in reditu ex* Ind. Or. & Prom. Bon. Spei *ſecùm adferebat, nobis candidè impertivit: Huic igitur* Duûmviro *nunquam ſatis deprædicando, cujus deſidĕrium & amor* Botanices *augendæ & ex ornandæ tantus fuit, meritò apud omnes Candidos ac recti judicii animos, gratiæ debeantur, quoniam (ex parte ſaltem) ſuam hoc Opus jure quodam dici mercatur.*

His itaque præmiſſis Benevole mi Lector hoc noſtrum de Te *benemerendi ſtudium boni conſulas, & nobis meditare quàm ampla, quàm mirabilia ſunt* Creatoris *noſtri opera, & quàm nos ignari ſimus innumerabilium rerum quæ alibi terrarum reperiuntur: Ipſe deniquè* Tecum *recolis, cum Summus rerum* Archetypus *ad immenſitatem Potentiæ, Sapientiæ, Bonitatis ſuæ hac in parte explicandam tot Plantarum varietates condiderit, cùmque in* Mundo *hoc ſublunari prætèr hominem, non aliud animal ſit intelligentiæ & rationis particeps quod eâs Contemplari valeat;* Huic, *quàm ſedulò incumbere expedit ſingulas ſpecies exquirere? Ne qua pars* Naturæ *Operum negligatur, aut* Creatoris *laude vacet.*

Vive felix atqùe licèt nos omni Mecænate *diſtitutos eſſe, nec ullo* Euergeta *in partem oneris ferendi hucuſquè adjutos, hic palàm & ingenuè profitemur, (quod non poſſit ſanè non maximum eſſe dehortamentum, & ſummum tædium nobis ingerere, ſumptus tantos faciendi alienis deliciis;) alia tamèn (favente Numine) nec minùs* Pluc'netii *nomine digna expectaturus: Quæ ſi non ingrata fore animadverterimus, necdùm deſinemus forti animo & labore indefeſſo Spartam quam ſemèl ſumus nacti, pro virili parte adornare, & in rem* Herbariam *amplificandam ulterius proſecuturos nos pollicemur; Interim his fruere & Vale,*

Tu quoque perpetuos ſempèr gere Frondis honores.

Ex Ædibus noſtr. ad Palatium antiquum apud *Weſtmonaſt.* Anno à nato Mundi *Salvatore* M DCC.

Ubi cùm *Almageſto* noſtro,
Hic quoque *liber* eſt parabilis.

Monitio.

Tab. CCLXXXI. CCLXXXII. CCLXXXVIII. CCXCII. CCXCIII. CCXCIV. CCXCV. CCXCVI. *Phytogr.* nondùm ſunt ære inciſæ; quocircà Plantæ hujus numeri, ad *Delineationes* his *Tabulis* adſcriptas, tanquàm nondùm editis, ab *Almageſto* referuntur.

Ad

ALMAGESTI BOTANICI MANTISSA.

A.

Fol. 2. *poſt lin.* 12.

ABROTENOIDES arboreum *Monomotapenſe* floribus in ramulorum cymis. An Elichryſum foliis Abrotani glabris *Cap. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. T. 329. f.

Fol. 2. *ad lin.* 30.

Abrotanum tenuifolium incanum minimum *Boconi Muſeo Plantar rarior. pag.* 83. *Tab.* 74.

Fol. 2. *ad lin.* 34. *poſt fig.* 14.

Abſinthium Santonicum *Alexandrinum*, ſ. Sementina & Semen ſanctum *Park. Theatr.* 102. T. 330. f.

Fol. 2. *lin. antepenult. poſt fig.* 3.

Fortè Yztacchyatl ſive Sal amarum *Hernandez apud Recc. fol.* 208. Artemiſia humilior flore majore albo, **Wild Wormwood** *Jamaicenſibus* dicta *Cat. Jam.* 127. T. 330. f.

Fol. 3. *ad lin* 4.

Abſinthium pumilum palmeum minus, argenteo ſericeoq; folio *Hiſpanic.* & *Italic. Bocc. Muſ. Plant. pag.* 81. *Tab.* 71. T. 329. f.

Fol. 3. *lin.* 12. *poſt p.* 429.

Itèm Acacia ſecunda veteribus ejuſd. *I. B. Tom.* 1. *lib.* 12. *fol.* 432. ____ T. 329. f.

Fol. 3. *poſt lineam* 26.

ACACIA *Americana* Abruæ foliis triacanthos, ſive ad axillas foliorum ſpinâ triplici donata, ex *Surinam.* Hanc Arborem curâ & induſtriâ D. *Joan. Adams* Hortulani peritiſſimi cultam, in *Hort. Comptoniano Fulhamiæ* conſpeximus.

Fol. 4. *poſt lineam* 17.

Acacia ſpinoſa *Indiæ Orientalis* foliis ſubtus cæſiis, floribus globoſis luteis. *Eachedde Malabarorum.*

Eadem non ſpinoſa, *Cheereau Malabarorum.*

Acacia ſpinoſa *Ind. Or.* floribus aureis ſtamineis, Tamariſci *Narbonenſium* more in ſpicam diſpoſitis, *Mullaowlamaram Malabaror.* An Acaciæ genus *Indianum* floſculos ferens luteos racematim cohærentes; Wamulæthya *Cingalenſibus* dictum *De Seyn.* in *Not. ad Part.* 1. *Hort. Mal. Fol.* 70.

Eadem non ſpinoſa floſculis ſtamineis aureis Tamariſci in modum ſpicatis *Owlamaram Malabororam.*

Acacia *Chalepenſis* pinnulis parvis ſpinoſa, floribus papilionaceis luteis, ex alis in ſpicam prælongam diſpoſitis ſpinâ rectâ ſingulari. An Acacia *Americana* floribus ſpicatis luteis *P B P.* 304. Huìc congener eſt Zezecpatlis *Acatlanenſis* Glycyrrhizæ æmula *Hernandez.* apud *Rec.* 241. Si non Glaux *Americana* Acaciæ forma, rectiùs nominari mereatur.

Fol. 4. *ad lin.* 24. *poſt. fig.* 3.

330. f. 3. An Acaciæ cognata alia *JB. Hiſt. Pl. Tom.* 1. *lib.* 12. *fol.* 433. fortè etiam Moullava *Hort. Malab. Part.* 6. *Tab.* 6. aut hujus congener.

Fol. 4. *ad lin.* 37. *poſt.* 399. *add.*

331. f. 1. Pro hùjus Synonymo in *Catalogo Jamaicenſ.* malè ponitur Rhamnus Myrtifolius ex *Inſula Sancti Chriſtophori, Cornuti pag.* 83. ubi ſub hujus titulo diverſarum Plantarum nomina miſcentur.

Ibid. poſt, CBP. & ante vocem Rubi. add.

Hanc etiam *D. Sloan* in *Cat. Jamaic.* Goſſipum arboreum maxim. ſpinoſum folio digitato perperàm facit. *pag.* 159.

Fol. 4. *ad lin. ultim.*

The Nickar-Tree, noſtratibus & aliquando. **The Bezoar-Nut,** (i. e.) Nux Bezoartica; *Malabareis* Gatchgachitta; *Gentilibus* autem Cachakaillille nuncupatur.

Fol. 5. *lin.* 3. *poſt. c.* 29. *add.*

Piſum Ochræ colore *ejuſd. Exot. lib.* 3. *cap* 15. *fol.* 71. *Bonduch Indiano di color citrino Pon. Ital.* 34. *Bonduch pianta Indiana* di color citrino *Zanon. fol.* 44. Fructus omninò rotundus luteus non ſplendens *JB, Tom.* 1. *fol.* 311. Fructus rotundus & orbicularis quintus ſ. flavus. maculâ ſubfuſcâ notatus *CBP.* 405. *Jonſt. Dendrolog. fol.* 100. **The yellow Nickar-Tree.**

Fol. 5. *ad lin,* 19.

Cù mò (forte) *Sinenſium* quæ arbor *Luſitanicè* Sapaoc *Cleyeri* de *Medicam. Simplic. Sinenſium* pag. 45.

Ibid. ad lin. 25.

Adr. Jun. Arriani lignum Acanthinum eſſe autumat, ut à *Skinnero* noſtro in *Etymolog. Botanic.* obſervatum.

Ibid. ad lin. 32.

Poinciana flore pulcherrimo *Turneforti Elm. des Botan. Tom.* 1. 492. Mailconei *Malabror. Indorum Idolis ſacra.*

Ibid. ad lin. 41.

Sena ſpuria arborea ſpinoſa fol. alatis ramoſis ſ. de compoſitis, flore ex luteo & rubro ſpecioſo *Sloan. Cat. Jam.* 149. St. **Jago Flower** of *Ligon. fol.* 15. & interdùm **Fence-flower.**

Ibid. ad lin. ult.

An Tlacoxiloxochitl flore barbato *Hernandez apud Recc. fol.* 104. *Cui ſubjung. de novo.* Acacia non ſpinoſa *Ind. Or.* villoſo caule, lobo corticoſo prægrandi fuſco, Chatamaram *Malabarorum.*

Fol. 6. *poſt lin.* 7.

Acacia non ſpinoſa *Ind. Or.* Colutæ foliis, floribus ſtamineis amplis, ſiliqua cruſtaceâ gemellâ Placentæ in modum colorata. Cautwallee *Malabaror.*

Ibid.

Ibid. ad lin. 11.

An Mimoſa arboreſc. *Americana* non ſpinoſa pinnis Acaciæ latioribus infernè glaucis, flore albo *Breyn. Prodr.* 2. 73. Mimoſa arborea non ſpinoſa; foliis ſ. pinnis latiſſ. *Cat. Jam?*

Ibid. ad lin. 14.

Hæc forſan Myrobalani ſit ſpecies, ſed ab Emblica foliis Securidacæ *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 74. plurimùm diverſa.

Fol. 7. *ad lin.* 20.

Arbor (fortè) Thurifera *Theveti* quoàd Iconem apud *Hiſtor. Lugdunenſ. fol.* 1754.

Ibid. poſt lin. 29.

ACERIS cognata Tiliæ folio *Bengalenſis* fructu ampliſſimis membranulis circumcincto. Draco arbor *Indica* ſiliquoſa Populi folio Angſana vel Angſava *Javanica Hort. Amſtelodam. fol.* 213. Draconis arboris fructus ex *Carthagine Perüana Monardes apud Cluſ. fol.* 331.

Ibid. ad lin. penult.

An Guaiaco *Occidico* ſimilis arbor *Park. Theatr.* 1587. *Indiæ Occiduæ* Palmæ Sanctæ ſimilis arbor *Lob. Adv. & Icon.* 187. Loti *Africanæ* ſimilis *Indica CBP.* 448.

Ibid. poſt lineam ultimam.

ACETOSA montana maxima *CBP.* 114. Oxalis major *Brockenbergenſis Thalii Harcyn.*

Fol. 8. *poſt lin.* 5.

Acetoſa maj. ſubrotundis foliis ex *Promontorio Bon. Spec.* an Acetoſa montana lato Ari rotundo folio *Boccon. Muſ. Pl. pag.* 165. *Tab.* 125.

Fol. 8. *ad lin.* 15. *add.*

An (fortè) Acetoſa Calthæ folio peregrino *CBP.* (i. e.) Oxalis *Zacynthi Proſp. Alpin de Plant. Ægypt. pag.* 136.

Ibid. poſt lin. 26.

Acetoſa arvenſis lanceolata *CBP.* 114. Acetoſa minor erecta lobis multifidis *Bocc. Muſ.* Pl. *pag.* 164. *Tab.* 126.

Acetoſa lanceolata anguſtifolia repens *CBP.* quæ quarta in *Prodr.* Acetoſa minor ſupina lobis laciniatis *Bocc. Muſ.* ut ſuprà, à præcedenti ſpecies non diverſa; Hujus enim foliorum varietate mirè ſe oblectat ludibunda Natura; ratione loci pinguioris (inquit *Bauhinus)* aridioriſvè, major minorvè, latioribus anguſtioribuſvè foliis reperitur; nunc etiam non lanceolatis, nunc lobis multifidis; addi poterat.

Ibid. ad lin. 32.

An Oxalis mexima montana *Cluſ. Hiſt.* 2 *fol.* 69. Acetoſa montana geniculis nodoſis *CBP.* 114. Oxalis folio ampliſſimo geniculis tuberoſis *JB. Tom.* 2. 991. Ribes *Arabum* foliis Petaſitidis *CBP.* 455. Ribes *Serapionis* foliis Oxylapathi *Bellon.* de Coniferis *Dod.* Ribes legitima *Arabum Cluſ. Hiſt.* 120.

Ibid. poſt lin. 32.

Acetoſæ arboreæ foliis minoribus & magis acuminatis. Chittramullum *Malabarorum*, & Coadevalle *Gentilium Indorum*, an Katapa *Hort. Malab. Part* 5. *Tab.* 47. Baccifera *Indica* ad foliorum alas florida, fructu umbilicato, & caliculato tricocco *Raii. Hiſt.* 1495.

Fol. 8. *poſt lin.* 34.

ACINODENDRON *Americanum* ampliore folio trinervi, inferius alba lanugine incano, Muiva *Braſilienſibus* Marcgr. 117. Arbor racemoſa *Braſiliana* foliis *Malabathri Breyn. Cent.* Groſſulariæ fructu arbor max. non ſpinoſa *Malabathri* folio integro minore ſubtùs albido, fructu majore *Cat. Jam.* 164. Pomifera *Braſilienſis*, fructu rotund. cum pulpa molli polypyrenu *Raii Hiſt. Pl.* 1501. & 1648.

Acinodendron *American.* Malabathri ſubrotundis foliis, ſubtùs lanugine ferrugineâ villoſis. Arbor *Americ.* Malabathri ſubrotund. foliis ſubtùs lanugine ferruginea villoſis *Plukenet Tab.* 249. *Cat. Jam.* 164. Item Groſſulariæ fructu arbor max. non ſpinos. *Malabathri* folio integro minore ſubtùs ferrugineo. *ejuſd. pag.* 165.

Acinodendron *American.* quinquenervium comantibus floſculis, foliis ampliſſimis glabris prona parte albicantibus. Groſſulariæ fructu arbor maxima non ſpinoſa Malabathri folio maximo inodoro, flore racemoſo albo *Cat. Jam.* 164.

Acinodendron *Americ.* Canellæ fol. maximo utrinque glabro. Groſſulariæ fructu arbor non ſpinoſa Malabathri folio maximo glabro & ſplendente. *Cat. Jam.* 165.

Acinodendron *American.* pentaneuron foliis craſſis hirſutis, ad ambitum rarioribus ſerris, ex *Inſula Jamaicæ.* An Groſſulariæ fructu non ſpinoſa Malabathri foliis longa & ruffâ lanugine hirſutis fructu majore cæruleo *Cat. Jam. Ibid.* Fortè Coaghyuyo *Braſilienſum Piſon. fol.* 217. Frutex baccifer *Braſilienſis* fructu racematim congeſto Myrtylli *Raii Hiſt. Pl.* 1636. Hæ ſunt Arbores quæ ſûb generico Arborum titulo cum ſuis epithetis, propoſui in *Almageſto fol.* 40. at in *Catalogo Jamaicano* recenſetur alia quidem Groſſulariæ fructu majore, Arbor ſpinoſa fructu folioſo è viridi albicante, quæ nobis nondum innotuit. An fortè Uva criſpa *Americana Piſonis fol.* 242. Aninga peri *Braſilienſium* ſub titulo Sambuci in *Almageſto noſtro* exhibita *fol.* 330. An ſit hujus loci quærendum. Huc quidem fortè ſpectat Ciſti facie Arbuſcula *Jamaicenſis* foliis trinerviis hujus *Almag. fol.* 105. & dici mereatur.

Acinodendron *American.* trinervium foliis perexiguis. An fortè Guvavirap *Braſilienſium* Arbor procera & vaſta frondibus perexiguis, floribus rubicundis, fructu Uvam criſpam referente *Laetii Ind. Occid. lib.* 16. *cap.* 11.

Ibid. poſt lin. 37.

ACROCHORDODENDROS ſ. Arbor *Indica* prægrandis, foliis integris, Platani fructu verrucoſo minore, ſive Fragi formi duro, cujus ſinguli bati ſeu tuberculi ſunt capſulæ Seminales. Melius forsàn, Arbor *Indica* prægrandis, foliis integris fructu rotundo parvo Fragiformi è tuberculis capſularibus compoſito. Nellacarumbac *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. ult.

An fortè Erica ſpinoſa Tetralix *Athenienſium.* ſ. Tetralix Ericæa *Pliny lib.* 2. *cap.* 16. Tetralix quam & folio & caule ſpinoſas habere lanugines. Idem *Plinius* affirmat. *Hiſt. Nat. lib.* 21. *cap.* 16. an Tetralix *Theophraſti Hiſt. Pl. lib.* 6. *cap.* 3. à quibuſdam Ixine vocata.

Fol. 9. *ad lin.* 5.

Huic quodammodo affinis eſt Carim-curini *Hort. Malab. Part* 2. *fig.* 20.

Ibid.

Ibid. ad lin. 15.

An Filix ramoſa min. hirſuta ramulis raris brevibus pinnulis ſubrotund. folii apice radices agente *Cat. Jam. pag.* 24.

Ibid. ad lin. 20.

Adianto nigro accedens ſegmentis rotundioribus Filix elegans *Raii Synopſ. Stirp. Brit.* noviſſimè edit. *pag.* 51. ubi *D. Raii* hujus Specimen optimè aſſervatum ſib oſtendere *Sherardum*, & pro natali ſolo *Jerſeiam* haberi fatetur; Aſt idem *Cl. Sherardus* hanc perelegantem filiculam *Jerſeiæ Angliæ* noſtræ adjacentis *Inſulæ* alumnam eſſe, exindè nobis vivâ voce inſiciatus eſt, quamobrem hanc notam licet inſerta fuit in *Phytographiâ* de induſtriâ omiſimus *in Almageſto.*

Ibid. ad lin. 30.

Trichomanes majus foliis longis auriculatis D. *Baniſter. apud Rai. Hiſt. Pl.* 1928. Trichomanes foliolis longioribus eleganter ſupernâ præſertim parte laciniatis *Cat. Jam.* 17.

Ibid. ad lin. 32.

Trichomanes majus pinnis ſinnatis ſubtus niveis *Cat. Jam. Ibid.*

Ibid. ad lin. ult.

An Ruta muraria major foliis variis, ſcilicet oblongis integris, & ſubrotundis ſerratis *Cat. Jam.* 21. Adiantum minimum folio vario *Turnefortii Elem. Bot. Tom.* 1. 433.

Fol. 10. *ad lin.* 32.

An Adiantum ramoſum ſcandens, pinnulis ſivè foliis oblongis profundè laciniatis pellucidis *Cat. Jam.* 22. Muſcus (fortè) montanus Adianthi foliis *Bocc. Muſ. Pl. Tab.* 2.

Ibid. poſt lin. 41.

ADIANTUM Æthiopicum fruteſcens diffuſo vertice, pinnulis tenerrimis ſubrotundis tranſparentibus pediculo nigro. T. 354.

Fol. 11. *ad lin.* 11.

Adiantum nigrum majus non ramoſum, ſurculis è pediculi communis ſummitate tanquàm centro prodeuntibus, & ſtellæ in modum radiatis *Cat. Jam.* 22. ſed quomodo hoc Adianti genus radiatum dici meretur & ſurculoſum, attamen non ramoſum, ego planè non intelligo.

Ibid. ad lin. 13.

Adiantum nigrum minus non ramoſum pinnulis majoribus craſſis Trapezii in modum figuratis *Cat. Jam.* ſed malè dicitur non ramoſum. Item Adiantum nigrum majus non ramoſum pinnulis & ſurculis rarioribus craſſis & Trapezii in modum figuratis *ejuſd.* Fortè etiam Trichomanes majus totum album pinnis aculeatis Trapezii figurâ *ejuſd. ibid.*

Ibid. ad lin. 15.

An Filix major in pinnas tantùm diviſa oblongas lataſque non crenatas à baſi rotundiore ad apicem ſe ſenſim anguſtantes *Cat. Jam.* noſtræ tamen pinnulæ ſunt argutè denticulatæ.

Ibid. ad lin. 18.

An Filix major in pinnas tantùm diviſa raras latiores oblongas ſtriatas, ex adverſo ſitas & non crenatas *Cat. Jam.* 18. At noſtra ſunt pinnulæ non ſempèr ex

ex adverſo ſitæ, nec non crenatæ. An rectius ſit Filix non ramoſa major caule nigro ſurculis (alis) raris, pinnulis anguſtis raris longis dentatis *Cat. Jam.* 20. An Adiantum nigrum ramoſum pulverulentum & falcatum *Carol. Plumier. Fig.* 47.

Ibid. ad lin. 36.

Felix non ramoſa minor caule (pediculo) nigro, ſurculis raris, pinnulis anguſtis dentatis raris brevibus acutis, ſubtùs niveis. *Cat. Jam.* 20. aut. ſaltem. Filix non ramoſa minima caule nigro ſurculis raris, pinnulis anguſtis raris brevibus, acutis, ſubtùs niveis *ejuſd. ibid.*

Fol. 13. *ad lin.* 17.

An Chameleæ genus ſpinoſum ex *Prom. Bon. Spei. ejuſd. Hermanni.* Phillyrea fortè Hiſpanica Lauri folio ſerrato & aculeato *Turnefortii. Elem. Bot. Tom.* 1. 469.

Fol. 14. *ad lin.* 7.

An Malva minor ſupina Betonicæ folio, flore coccineo, ſeminibus aſperis *Cat. Jam.* 96. ſeminibus tamen aſperis plantula noſtra caret. An rectius ergo Abutilon herbaceum procumbens Betonicæ folio, flore purpureo *ejuſd.* 97.

ALCEA parva fruticoſa Triſſaginis folio erecta ex Oris *Coromandel.*

Ibid. poſt lin. 23.

Alcea arborea Populi nigræ foliis pronâ parte albicantibus, flore ampliſſimo rubicundo ex *Inſula St. Helena* ubi **Redwood**, (i. e.) Lignum rubrum Noſtratibus nuncupatur.

Alcea arbor Populneâ fronde, tota argentea quinquecapſularis. ſ. Ebenus viridis ex *Inſula St. Helena* ubi ab *Anglis* illic degentibus **Blackwood** & **Ebony**. (i. e.) Lignum nigrum & Ebenus cognominatur; Et re verà eſt Ebenus genuina *Indorum*, ut ex aliorum fide dignorum relatu nobis ſeriò affirmabat inſignis ille Botanicus & Veritatis ſtudioſus *D. Carolus du Bois*, Calomelanos arbor. ſ. Melanoxylon populneâ fronde argentatum dici mereatur. **The Silver-leaf'd Blackwood**, or **True Green Ebony of the Indies**, *L'ebene Verte Rochefort.* 73.

Ibid. ad lin. 40.

Atlatzopillin (fortè) ſeu aquoſa herba appenſa flore rubro *Hernandez apud Recc. fol.* 177.

Ibid. ad lin. 42.

An Arbor roſea flore flavo *Cap. Bon. Spei. D. ten Rhine Breyn. Cent.* 178.

Fol. 15. *ad lin.* 6.

Cum præcedente confundi non debet

Ibid. ad lin. 29.

Alcea acetoſa *Indica* ſpinoſa, foliis profundè laciniatis, flore ſubluteo amplo. *Breyn. Prod.* 2. *pag.* 9.

Ibid. ad lin. 34.

An Acetoſa *Braſilienſis* flore dilutè purpureo *Marogr. fol.* 23. An fortè Acetoſa, **The Juice whereof is carried in a Gourd by the Indians of** *Cumana*, **to moiſten their Maiz-Flower, carried in another Gourd**, Sir *John Hawkins. Hakluit Part* 3. *fol.* 508. **French Sorrel**, (i. e.) Acetoſa *Franca* vulgò nuncupatur; dubium movetur in *Cat. Jam.* 99.

Fol.

Fol. 15. *ad lin.* 37. *poſt accepimus.*

An Sair *Indorum* Oxalis Cannabina fruticoſa, fructu coccineo coronato *Triumfetti Hort. Medic. Romanæ Sapientiæ apud Cupan. Hort. Catholic.* 194.

Fol. 16. *ad lin.* 14.

Althea *Indica* parvo flore petalis anguſtis & acutis *Moriſ. Hiſt. Pl.* 2. *fol.* 532.

Ibid. ad lin. 23.

Alcea maxima Malvæ roſeæ folio, fructu decagono recto craſſiore breviore eſculento *Cat. Jam.* 98.

Ibid. ad lin. 25.

Alcea maxima Malvæ roſeæ folio fructu pentagono recurvo graciliore & longiore **Long Dch oa**, vulgo *Cat. Jam. ibid.* ubi Autor multa conſarcinat nomina ſed huic Plantæ nimis erroneè attributa; Hæc enim reverâ omnibus rei Herbariæ ſtudioſis hactenùs fuit incognita, & à nullo *Botanicorum* deſcripta; Eam igitur ſi Autor prorſùm ſiluiſſet, nec Synonymis malè appropriatis tam fædè confudiſſet, melius ſuo honori, Lectorique conſuluiſſet.

Ibid. ad lin. 39.

Fortè etiam Alcea minor *Africana* Altheæ facie, flore purpureo parvo *Breyn. Faſc. rarior.* 19.

Fol. 17. *poſt lin.* 9.

Alcea minor Abutili facie ex *Coromandel* à priore diverſa.

Ibid. ad lin. 28.

Parum diſtat ab Althæa arborea *Indica* flore luteo, folio tripartito *PBP.* hujus; *Almageſti fol.* 25. *Pl.* 1. cujus pictura exhibetur *Phytogr. Tab.* 259. *Fig.* 4.

Ibid. ad lin. ult.

Hacoyochitl *Nov. Hiſpan. Hernandez apud Recc.* 376. ad hoc genus Plantarum ſpectare videtur.

Fol. 18. *ad lin.* 1. *Poſt* ſtriata, *add.* rugoſa.

Fol. 18. *poſt. lin.* 14.

ALCHIMILLA alpina pentaphyllos *Raii. Synopſ. Stirp. Brit.* 66. quam pro Alchimilla alpina quinquefolia *CBP.* per errorem ut ipſe fatetur olim habuerat. Pentaphyllum ſ. potius Heptaphyllum argenteum flore muſcoſo *JB. Hiſt Plantar.* Tormentilla alpina folio ſericeo *CPB.* Alchimilla perennis incana argentea ſive ſericea Satinum provocans *Moriſ. Hiſt.* 2. 195. Huic (fortè) accedit Cihoapatli Axitzalpatli *Nov. Hiſpan. Terentii apud Recc. fol.* 370.

Ibid. ad lin. 17.

Narciſſus *Amboinenſis* folio latiſſimo rotundo floribus niveis inodoris. *Hort. Med. Amſtelod. Iconibus fig.* 39.

Ibid. ad lin. 19.

An Frutex *Virginianus* floribus albis inſtàr Spirææ compactis *Hort Oxon.* Alni folio arbor folio ſubrotundo ſerrato *Cat. Jam.* 128.

Ibid. ad lin. 27.

Button-wood *Barbadenſibus Anglis*, cujus fructus *Anglicè* **Buttons**, à ſimilitudine globulorum Veſtiariorum dicti ſunt, à ſubſequenti Myrtifolia plurimùm diverſa.

Ibid. ad lin. 30.

An Alni fructu Laurifolia arbor maritima *Cat. Jam.* 135.

Fol. 19. *poſt lin.* 12.

ALOES Serpentariæ foliis floribus hexapetalis ſpicatis. Maurelchedde *Malabarorum.*

Ibid ad lin. 30.

An Caraguata prima. *Piſon. Hiſt. Braſil.* 192.

Ibid ad lin. 31.

Hæc forſitan eſt illa Planta cujus meminit *Gulielmus Dampier* in *Orbis ſuâ Circumnavigatione pag.* 275. quæ folia habet Penguin perſimilia, & radicem Sempervivi, ſed multò majorem, hæc furno cocta, cibo ſit idonea, quâ & *Indi* in *California* veſcuntur.

Ibid. ad lin. 33.

An Tacori *Cluſii Exot. fol.* 48. Tacori folia Draconis arbori ſimilia *J B. Tom* 1. 405.

Ibid. ad lin. 40.

An Nequametl, ſ. Metl quinta anguſtifolia *Hernandez apud Recc.* 273. quòad figuram huic accenſeri meretur, an potius ſit Yolopatli Irina *Hernand. apud eund. Recc.* 310.

Fol. 20. *ad lin.* 3.

Hùc fortè ſpectat Tzichichic vel Texichic de Ocoinico *Nov. Hiſp. Terentii apud Anton. Recc. fol.* 434.

Ibid. poſt lin. 3.

ALSINE minor multicaulis *CBP.* Alſine minima *JB. Hiſt.* Huic forte pertinet Trompili-Auizpatli *Nov. Hiſpaniæ apud Recc.* 437.

Fol. 20, *ad lin.* 15.

Glaux altera ſubrotundo folio, *Bocc. Muſ. Pl. Tab.* 84. Glaux altera paluſtris repens ſubrot. folio *ejuſd. pag.* 107.

Ibid. ad lin. 17.

Huic etiam accedit Glaux major paluſtris flore herbaceo *Bocc. Muſ. Pl. pag.* 105. *Tab.* 84.

Fol. 20. *poſt lin.* 21.

Alſine major *Mariana* anguſto longiore folio Samoli *Valerandi* capſulis, ſummo caule floribunda.

Ibid. ad lin. 24.

Hujus autem ſententia cenſetur à *Cupani* ut videre eſt in *Hort. Catholic. pag.* 6.

Fol. 20. *poſt lin.* 26.

Alſine Anthylloides *Ind. Or.* Commenterai *Malabarorum.* Quid ſi cum Juncaria *Cluſ* affinitatem aliquam habere deprehendatur ?

Ibid. ad lin. 31.

Herniaria Alſines folio *Tourneforti. Elem. Bot.* 408.

Ibid. poſt lin. 36.

Alſines affinis *Inſulæ Johannæ* juxta foliola barbulis donata, floſculis ſummo caule glomeratis.

Fol 21. *ad lin.* 38.

Nealapoondoo *Malabarorum.*

Ibid. ad lin 40.

Terai *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. 40.

Alſine ſive Spergula marina noſtrati ſimilis ex *Promontorio Bon. Spei.*

Alſine ſive Spergula marina major *Gaditana* nodis caulim creberrimis.

Alſine Spergulæ foliis, capitulis brevioribus duris. Arraveenampoondo *Malabar.*

Alſine Spergula *Indiæ Or.* ſpicatis floribus ex alis emergentibus. Maunalekai *Malabarorum.*

Alſine Spergula *Mariana* latiori folio, floribus ad nodos, pediculis curtis circà caulem inſidentibus, calyculis elegantèr punctatis, Alſine (fortè) Spergula latifolia reptans, *Baniſteri Cat. Stirp. Virgin.*

Fol. 22. *poſt lin.* 2.

Alſine holoſtea anguſtiſſimo *folio glabro ex Virginia.*

Fol. 22. *poſt lin.* 4.

Alſines Holoſtii foliis antagoniſtis glabris, Ranunculi phragmitis flore amplioni, Planta *Mariana.*

Alſine Myoſotis longifolia *Virginiana.*

Ibid. ad lin. 7.

Huic fortè ſpectat Saxiphraga altera *Pr. Alp. de exot.* 292.

Ibid. poſt lin. 10.

Alſine Chamædrios foliis biiugis Spergulæ floribus *Æthiopica.*

Ibid. poſt lin. 14.

Alſine Portulacæ aquaticæ folio oblongo, flore longo pedunculo inſidente ex *Prom. Comorin* fortè Brami, *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 14. Glaux *Indica* Portulacæ folio, flore majore dilutò cæruleo albicante colore, *Commelin. Not. in loc.* Eadem fortè cum præcedenti, aut ejus ſaltèm varietas.

Fol. 22. *lin.* 31.

Caryophyllus alpinus Linifolius radice ampliſſimâ, *HRP. Raii. Cat. exterar.* 398.

Fol. 23. *poſt lin.* 21.

Alſine Saxifraga *Ind. Or.* foliolis circa caulem radiatis; flore herbido & muſcoſo; ſive Alſine Spergula muſcoſo *Ind. Or.* ſurrecta, canliculis albicantibus. Perpauticum *Malabarorum.* Alſine *Maderaſpatana* Gallii foliis, floſculis communi pediculo ternis. *Almag. Bot.* excepto cauliculorum colore, & quod non procumbit huic noſtræ plurimùm convenit.

Fol. 24. *ad lin* 29.

Poſt accepimus adde *Phytogr. Tab.* 259. *Fig.* 2.

Ibid. ad lin. 35.

Hùc fortè Spectat Macpalxochitl, *Nov. Hiſpaniæ Terent. apud Recc.* 382.

Ibid. lin. ult.

Althæa *Americana* pumila flore luteo ſpicato, *Breyn. Cent.* 124. Althæa flore luteo, *Cat. Jam.* 96. Item Malva *American.* Abutili folio, flore luteo ſpicato, foliis hirſutioribus & craſſioribus, *P.B.P. ejuſd. Cat. Jam.* 97.

Fol. 25. *ad lin.* 13.

T. 330. f. 2. An Malva arborea folio oblongo acuminato veluto dentato & levitèr ſinuato, flore ex rubro flaveſcente, *Cat. Jam.* 95.

Ibid. ad lin. 19.

Althæa *Americana* Betonicæ folio, flore luteo, *Commel. Not. in locum.*

Ibid. ad lin. 26.

An Malva vel Alcea fruticoſa Ribeſii foliis, ſeminibus aſperis, *Cat. Jam.* 96. Uren *Malabarica* hujus eſt ſpecies minor.

Fol. 25. *ad lin.* 27.

An Malva aſpera major aquatic. ex Hortenſium ſ. roſearum genere, flore minore luteo, ſemine aculeato, *Cat. Jam.* 96.

Ibid. ad lin. 32.

Abutilon (fortè) fruticoſum, foliis ſubrotundis ſerratis, floribus albis pentapetalis ad alas foliorum conglomeratis, *Cat. Jam.* 97.

Ibid poſt lin. 32.

ALTHÆA Betonicæ folio villoſo, floribus ex luteo purpuraſcentibus deorsùm reflexis ad oras *Coromandel.* an Alcea arborea Althææ folio, florum petalis luteis deorſùm reflexis, *Cat. Jam.* 97.

Althæa *Coromandeliana* anguſtis prælongis foliis, ſemine bicorni. Huic proximè accedit Tsjeruparna, *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 53. Quanquàm *Commelinus* hanc plantam pro Cabritta poſuit, *Not. ſupr. loc. Inſeratur hæc ultima poſt lin.* 34.

Ibid. ad lin. 38.

Malva erecta minor Carpini folio, flore luteo, ſeminibus ſingulis ſimplici aculeo longiori donatis, *Cat. Jam.* 96.

Fol. 25. *ad lin.* 39.

Huic ſpectat Tsjeru Uren, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 73. Utut pro Anomala ponitur à *Commelino in loc.* & ab ipſo nominatur Planta Sideritis folio inſipida, flore pentapetalo roſacei coloris, fructu rotundo in quinque partes diviſo, ſemine triangulato.

Ibid ad lin. ult.

An hæc ſit Malva *Curaſſavica* Carpini foliis latioribus, Nehu Indigenis, *Hort. Beaum.* 29.

Fol. 26. *ad lin.* 2.

Malva minor erecta Betonicæ folio, flore luteo ſemine duplici roſtro ſeu aculeo prædito, *Cat. Jam.* 96. Huic (fortè) potiori jure referenda Katu- Uren, *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 54. Althæa *Americ.* Betonicæ folio, flore luteo, *Commel. Not. in locum.* Cui à ſeminibus ex *Curacao* ſibi tranſmiſſis non tantùm progerminavit, ſed & ſemina ad maturitatem perduxit.

Ibid. poſt lin. 2.

Althæa *Americana*, Sideritidis ſive Marrubii aquatici foliorum æmulis, flore luteo minore.

Ibid. ad lin. 8.

Alcea (fortè) fruticoſa aquatica folio cordato, ſcabro, flore pallidè luteo, *Cat. Jam.* 97.

Fol. 26. *poſt lin.* 13.

Althæa *Braſiliana* minor Chamædryos foliis lanugine pubeſcentibus à *Reverend. Viro D. Stoneſtreet* accepimus.

Althæa puſilla fruticeſcens Chamædryfolia flore rubro cernuo ex *Oris Coromandel.*

Althæa minima procumbens Chamædryos foliis denſa hirſutie obductis, Codeechittamutte *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 23.

Rettepemarette *Malabarorum.* - - - - - - - - - - T. 330. f. 5.

Ibid. poſt lin. 23.

AMARANTHOIDES ſpicatum *Indicum* ramoſiſſimum Spergulæ foliis, ſpica Alopecuroide candidâ.

Ibid. poſt lin. 28.

Amaranthus *Ind. Or.* Bliti folio tranſparenti, paniculis inter folia ſparſis, Caunumpaläe *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. 33.

Amaranthus ſpicatus *Coromandelienſ.* Bliti majoris criſpato folio, radice perenni. Cadelari *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 78. Verbena *Indica Bontii* 150. ex ſententia *Commelin. Not. ſupr. loc.* Najureevee *Malabarorum,* à præcedentibus admodùm diverſa.

Ibid. ad lin. 39.

Wadapu *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 37.

Ibid. ad lin. ult.

Tlalchamallin (fortè) *Mexicana Hernandez apud Recc.* 420.

Fol. 27. *ad lin.* 9.

Hùc fortè Spectat Ana-Coluppa, *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 47. & nuncupari poſſit, Amaranthoïdes ſcandens Ciceris triphylli foliis, capitulis oblongis *Malabar.*

Ibid. ad lin. 11.

Perſicariæ foliis repens *Malabarica* flore globoſo albeſcente *Commelini Not. in locum,* an Amaranthoides fruticoſ. foliis longis anguſtis ſubtùs niveis, *Cat. Jam.* 48.

Ibid. ad lin. 13.

Punnagunnee *Malabarorum.*

Fol. 27. *poſt lin.* 13.

Amaranthoides *Americanum* latioribus bijugis foliis, ſummo caule ſpicatum. an Tlaloquiloni *Huaxacenſis Hernandez apud Recc.* 178. Huìc etiam congener ut nobis dijudicare licet, eſt Tlayoyomochtli, *Nov. Hiſpan. Terentii apud eundem Recc.* 426.

Ibid. poſt lin. 20.

Amaranthus verticillatus minimus exiguis Bliti foliis pallidè viridibus ex *Ind. Or.* Huic (fortè) ſpectat Muriguti, *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 32. Alſinæ affinis planta *Indico* flore candido, *Commelin. Not. in loc.* The Indian Hurt-heal: Muriguti enim tantundèm dicit ac *Læde Sana.*

Ibid. poſt lin. 22.

Amaranthus *Africanus* tomentoſus ſubrotundis majoribus foliis, capitulis parvis inter folia ſparſis ad *Dom. Stoneſtreet* à fratre allatus eſt.

Idem foliis fermè glabris.

Fol. 27. *ad lin.* 36.

Poſt app. 1928. add. Huic folia ſunt Urticæ noſtrati perſimilia; ideoque verba que ſequuntur ad proximè ſubſequentem, pro Synonymo tranſponuntur; & emendabitur error.

Ibid. ad lin. ult.

An Ambroſia elatior foliis Artemiſiæ atrovirentibus aſperis odoratis non lanuginoſis, *Cat. Jam* 38.

Fol. 28. *ad lin.* 7.

Ammi *Matthioli Hiſt. Ludg. lib.* 6. *fol.* 695.

Ibid. poſt lin. 7.

AMMIOIDES *CBP.* 159. Ammi puſillum *Cæſalpini*, an Ammi parvis foliis Fœniculi *ejuſd. CBP.* Ammi perpuſillum *Lobel.* Hujus exemplar optimè exſiccatum acceptum habui à Clariſſ. viro & in hujuſmodi rarioribus indagandis Sagaciſſimo Exploratore *D. D. Carolo Preſton. M. D. eruditiſſimo Scoto.*

Fol. 28. *ad lin.* 10.

Hùc fortè ſpectat Amomum ſive Tugus, ſeu Birao, aliis Caropi, ex *Inſulis. Philippinis* à *Reverendo Patre Georgio Camelli* nuper in *Angliam* tranſmiſſum cujus pictura exibetur in *Tranſact. Philoſ. Londin. edit.* No. 248. planta, Tsjanæ-Kuæ, *Hort. Malab. Part.* 11. *Tab.* 8. haùd multum impar.

Ibid. ad lin. 27.

Hommottere *Hottenttorum*, hujus eſt Proſapiæ Adámaram, *Hort. Malab. Part* 4. *Tab.* 3. & 4. **Katappers** ſeu Amygdalæ *Indicæ Joan. Nieheuof. in Itinerar.*

Ibid. ad lin. 29.

Amygdalo *Peruviana*, cortice triangulari rugoſo, *JB. Tom.* 1. *lib.* 3. *fol.* 293.

Fol. 28. *ad lin.* 31.

Add. nomine **Katappers** ſeu Amygdalæ *Indicæ.*

Ibid. poſt lin. 31, 1.

AMYGDALÆ veneuatæ triquetræ Ahovaij *Americanis* dictæ. Arbor *America* foliis Pomifructu triangulo *CBP.* 434. Aouai lignum teterrimi odoris cujus nucleus preſentaneum venenum, ex quo crepitacula *Breſiliani* faciunt, *Lerio Part.* 3. *Ind. Occid. cap.* 12.

Amygdalus amara *Indorum* putamine fungoſo amicta, flore umbellato, nucibus ad unum florem plurimis, Samandra *Bengalenſibus*, & Coemburn *Zeylanenſibus* dicta. Nagam *Hort. Malab. Part.* 6. *Tab.* 21. ubi inter ſiliquoſas Arbores reſcenſetur. ſed perperàm. Siliquoſa flore umbellato pentapetalo ſiliquis digitalibus ſpadiceis monoſpermis ad unum florem pluribus, *Raii. Hiſt. Pl.* 1753. De hâc autem arbore ſis vide *Almageſti fol.* 260. Sub cognomine *Nagam.*

Fol. 29. *poſt lin.* 11.

ANAGALLIDIS *Monelli* ſimilis Herba *Mariana* Rubiæ *Taurinenſium* foliis & floribus luteis ex uno exortu quaternis. Fortè Rubiæ ſpecies *Mariana.*

Ibid. poſt lin. 14.

Anagallis lutea foliis & floribus ab eodem exortu quatuor ex æqualibus ſurculorem intervallis cruciatìm poſitis è *Terrâ Marianâ.* Rubia argentea *Cretica Pr. Alpin.* excepto quod folia non ſunt argentea, huic noſtræ plurimum convenit.

Anagallis

Anagallis lutea *Mariana* foliis longioribus anguſtis, ad genicula plurimis, caulem ambientibus.

Fol. 29. *ad lin.* 19.

Cytiſus alpinus latifolius flore racemoſo pendulo, *Tournefort. Elem. Bot.* 508.

Ibid. ad lin. 27.

Mala *Guianenſia ejuſd. CBP.* 433. Aizoi majoris ortu perſimilis exotica planta *Lobelii ejuſd. JB. Tom.* 3. 96. *vid. Lob. Icon.* 375. Yayama & Jajama quibuſdam, Cynara *Indica* ſive Ananas *Indis* dicta *Bontii.* 145. Aberas fructus exoticus *Braſilianus*; Cardui forsàn ſpecies, *Ambroſin. Phytolog. Part.* 1. *Tom.* 1. *fol.* 2.

Ibid. poſt lin. 27.

ANANAS ſylveſtris folio Aloes fructu cupreſſino, *JB. Tom.* 3. *lib.* 25. *fol.* 96. *Flor. Malabaric. fol.* 5. Ananas *Braſiliana* ſilveſtr. *Acoſtæ Hiſt. Lugd.* 1871. Carduus *Braſilianus* ſylveſtr. *CBP.* 384. Nana brava Maregr. 33. Frutex *Indicus* fructu aggregato conoide Kaida dictus, *Raii. Hiſt. Pl.* 1442. Kaida *Hort. Malab. Part.* 2. *fol.* 1. de hac autem videſis ſub Palmæ affinis titulo minùs propriè in *Almageſto noſtro fol.* 277.

Fol. 29. *ad lin.* 34.

An Mexocotl. ſ. Maguey Prunorum *Antonii Recc. fol.* 272. Aloe *Americana* fructu dulci & acido multiplici, Prunis ſimili *Moriſ. Hiſt. Pl.* 418.

Ibid. poſt lin. 34.

ANA-PARNA *Hort. Malab. Part.* 1. *fol.* 88. Poonnacai *Malabarorum.* Inſigne ad Venerem Incentivum.

Fol. 30. *poſt lin.* 13.

ANCHUSA Bugloſſoides Lithoſpermi ſemine ex *Inſula Johanna.*

Anchuſa peregrina flore albo umbellato. Omphalôdes *Luſitanicum Tournefortî* monente *D. Preſton.*

Anchuſa Echioides lutea, Cerinthes, au Symphyti flore, folio ampliore. Echium Alpinum luteum, cui ampliſſima florum ſpica. *Almag. Bot. fol.* 133. *pl.* 8. Symphytum radice rubrâ Echii folio ampliore *Tournefortî* qui dubium movet àn Echium flore luteo radice rubrâ *CBP.* habet enim Conſolidæ majores florem. Onoſma *Matthioli Hiſt. Lugd.* 1107. ſimilitudine in foliis, & modo creſcendi, ut in pictura exhibetur huic noſtræ maximè convenit.

Ibid. ad lin. 17.

Anchuſa (forsân) luteo minima *Lob. Obſervat.*

Ibid. poſt. lin. 17.

Anchuſa anguſtifolia *CBP.* 255. Lithoſpermum minus repens ejuſd. *CB.* in *Phytopin.* 498. Lithoſpermum fruticoſum anguſtifol. *ejuſd. in ſuo Matthiolo fol.* 658. Libanotidis ſpecies *Rondeletti JB. Tom.* 2. 25. Bugloſſum Roriſmarini folio *Tournefortî.* Anchuſa lignoſior anguſtifolia, *Lob. Adv.* 248. Tragoriganum nothum *Dalechampii Hiſt. Lugd.* 889. *CB. Phytopin* 422. At non poſſum ego (inquit *Joannes)* cum fratre Tragoriganum *Dalech.* & Anchuſam *Lob.* eandem facere plantam, quamvis adhùc in *Pinace* ejuſdem ſit opinionis. Una enim frutex eſt, altera non item, *&c.* quæ verba in *Almageſto noſtro fol.* 368. cùm duabus precedentibus lineis inibi deleantur, & hoc loco inſerantur, & emendabitur error.

Fol.

Fol. 31. *ad lin.* 6.

A *Novanglicanis* noſtratibus Dropwort nuncupatur.

Ibid. ad lin. 33. *poſt cap.* 17.

Fructus *Braſilianus* inæqualis ſemine fuſco fervido *CBP.* 406.

Ibid. ad lin. ult.

Anona *Hort. Medic. Amſt. cap.* 69. ubi pictura habetur.

Fol. 32. *ad lin.* 3. *poſt T.* 1.

Fortè etiam Pineæ nucis ſpecie Fructus Melenken *ejuſd. JB. Tom.* 1. *lib.* 9. *fol.* 264. ex *Theveto.* Arbor fructu Nucis pineæ ſpecio *CBP.* 507.

Ibid. ad lin. 8.

An Meſpila *Nicaraguæ* ſuaviſſimi ſaporis, *Laetii lib.* 8. *cap.* 20. *fol.* 343. Chetapaulum *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 14.

Atapaulum *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 17.

Momin ou *Caraſol Rochfort Hiſtoire des Antilles, pag.* 67. Anona *Indica* pomo viridi, *PBP.* 312.

Ibid. ad lin. 24.

Anona aquatica foliis Laurinis atrovirentibus fructu minore conoide luteo, cortice glabro in areolas diſtincto, *Cat. Jam.* 205. fortè etiam Palmis affinis Malus *Perſica* maxima caudice non ramoſo foliis longiſſ. flore tetrapetalo pallidè luteo, fructu ex Arboris trunco prodeunte *ejuſd. Cat. Jam.* 179. An fortè Palma Myrobalanifera à *Plinio* memorata, *Hiſt. Nat. fol.* 232.

Fol. 32. *poſt lin. ult.*

ANONIS *Hiſpanica* fruteſcens folio longo tridentato, Anonis *Hiſpanic.* fruteſ. folio Crithmi Chryſanthemi *Schol. Bot.* 148.

Fol. 33. *poſt lin.* 2.

Anonis minima hirſuta *Cherleri* Trifoliis affinis, *JB. Tom.* 2. 394. Anonis ſiliquâ hirſuta pendulâ, flore purpureo, *HRB.*

Fol. 33. *poſt. lin.* 3.

Anonis mitis annua purpurea *HRB.* 17. Anonis purpurea oblongo rotundo prægrandi integro ſerrato folio lucido, ſpica Alopecuroide, *Cupani Cat. Hort. Catholic. p.* 18. Ononis non ſpinoſa rotundifolia ſpicata purpurea, *Hiſpanica Bocc. Muſc. Pl. pag.* 60. *Tab.* 48.

Anonis peregrina monophyllos cum auriculis flore purpureo.

Cæteræ Anonidum ſpecies hoc loco in Ordinem ſeq. digerantur, viz.

Anonis non ſpinoſa *Cretica* flore purpureo, *Hort. Patavini Phytogr. Tab.* 135. *fig.* 4.

Anonis fortè non ſpinoſa purpr. ſupin. minima *Raii. Hiſt. Pl.* 957. Forte etiam Anonis æſtiva minor floribus rubris *Boelii Park. Theatr. Pl.* 995.

Anonis lutea mitis, Oxytriphylla ad florum petiolos capreolata, foliis leviſſimè crenatis *Phytogr. Tab.* 135. *fig.* 5.

Anonis lutea mitis, obtuſis longioribus & crenatis foliis capreolis donata, Ononis *Senenſis Spigelii Iſagog, in rem Herbariam.* 39. Anonis non ſpinoſa capreolis donata, *CBP.* 389. An forte Anonis lutea annua recta hirſuta viſcoſa ſiliquis hirſutis brevioribus,

brevioribus, *Moriſ. Hiſt.* 2. 171. Anonis fortè viſcoſa ſpinis carens lutea latifolia annua *Botan. Monſ. pag.* 21.

Anonis viſcoſa lutea mitis capreolata erecta foliis ſplendentibus glabris. Anonis (fortè) annua lutea, ſiliquâ glabrâ breviori, *Moriſ. Hiſt.* 2. 171. ex *Inſulis Fortunatis* ad nos allata eſt.

Anonis viſcoſa ſpinis carens lutea major, *CBP.* 389. Anonis lutea non ſpinoſa *Dalechampio* Natrix *JB. Tom.* 2. 393. Anonis lutea perennis major Natrix dicta, *Moriſon. Hiſt.* 2. 170. Cui flores Geniſtæ vulgaris lutei, pediculis oblongis inſidentes, qui ultrâ florem nonnihil procurrunt, nam petiolus ille è quo flos immediatè dependet ex hoc (modo dicto) pediculo longo erectoque exoritur ut ritè obſervavit, *Cl. Rajus Hiſt. Pl.* 958.

Anonis non ſpinoſa Natrix dicta floribus luteis ſtriatis. Anonis non ſpinoſa flore luteo variegato, *CPB.* 389. Anonis non ſpinoſa lutea variegata, *Park. Theatr.* 994.

Anonis viſcoſa ſpinis carens lutea major nonnihil procumbens, medio tantùm folio per extremum ſerrato, pediculis florum indiviſis. Hujus caules plurimi teretes, lenti piloſi, nonnihil rubentes ex unâ radice enaſcuntur longi partim humi procumbentes partim ſurrecti ad tactum glutinoſi, è quibus prodeunt ramuli, quos petioli breves complectuntur atque quilibet folia tripartitò diviſa, quidam etiam unum integrum continentes, ſic enim inferiora duo foliola caulem amplectuntur ut in Lotis fit, ac proindè hæc planta eodem modo & trifolia & quinquefolia quo Lotus quinquefolia dici meretur: Fortè Anonis non ſpinoſa floribus luteis *Braſiliana Marcgr. fol.* 3. Ononidis ſpecies *Piſonis fol.* 234. Loto pentaphyllo ſiliquoſo villoſo ſimilis, Anonis non ſpinoſa, foliis Ciſti inſtàr glutinoſis & odoratis, *Cat. Jam.* 74.

Anonis puſilla glabra fruticans *Cherleri* Trifoliis affinis *J B. Tom.* 2. 394. An Anonis ſylveſtris lutea minima *Fab. Column.* quam ſpinoſam dicit, *C B. in Pinace.* quia ut habet *Columna* calyces florum rigentibus foliolis oblongis aculeatis conſtructi ſunt, quod in hac noſtrâ videre licet, ut optimè notavit, *Cl. Magnol. Bot. Monſp. pag.* 22.

Anonis *Æthiopica* Thymbræ ſtrictioribus foliis tricuſpidatis, ſummis apicibus ſpinoſis, flore palleſcente luteo.

Fol. 33. *ad lin.* 16.

Enonymus *Virginiana* Ribeſii folio capſulis elegantèr bullatis, *Hort. Med. Amſt. cap.* 87. *cum Icone.* Spiræa Opuli folio, *Tournefortii Elem. Bot.* 490. Singulis capſulis plura ſemina, Milii albi æmula continentibus.

Ibid. poſt lin. 26.

ANONYMOS *Æthiopica* Hyſſopi ſubrotundis foliis ex nodulo confertis, ſummo ramulo lignoſâ capſulâ magnâ & bivalvi donata.

Fol. 34. *ad lin.* 2.

Hùc fortè ſpectat Huapahuitzpatli altera, *Nov. Hiſp. Terentij apud Recc.* 379.

Ibid. poſt lin. 2.

ANTIRRHINUM luteum Pedicularis rubræ foliis *Marianum.*

Ibid. poſt lin. 11.

Antirrhinum foliis inflexis multò eraſſioribus, calyculis florum margine aſperatis ex *Provinciâ Marianâ.*

Ibid.

Ibid. ad lin. 14.

An Linaria Saxatilis Serpylli folio *Tournefortii* apùd Collectaneas *D. Preſton.*

Antirrhino ſimilis *Mariana* floribus purpureis parvis, ſtaminibus prælongis refertis.

Fol. 34. *poſt lin.* 16.

APARINES minoris folio glabra Herba procumbens *Africana.* An Aparines folio Anomala, vaſculo ſeminali rotundo, multa ſemina minutiſſima continente, *Cat. Jamaic.* 50. In *Horto Med. Chelſeiano* ſeminibus nato procrevit, *Anno* 1696.

APHYLLON aquaticum *Virginienſe* petræum D. *Baniſter.* hujus pictura exhibetur *Phytograph. Tab.* 138. *fig.* 1. neſcio tamèn quo caſu Ea in *Almageſto* fuit omiſſa.

Fol. 34. *ad lin.* 21.

An Aracynappil Aurantiis parvis ſimilis fructus, *J B. Hiſt. Pl. Tom.* 1. *fol.* 106. Anona (fortè) trifolia flore ſtamineo, fructu Sphærico ferrugineo ſcabro minore, Allii odore, *Cat. Jam.* 205. Malus *Americana* trifoliata fructu Pomi Aurantii inſtàr colorato, *Hort. Medic. Amſt. cap.* 67. Ubi ſub hoc titulo pro hac arbore alterius *Icon* figuratur, ſcilicet Therebinthi *Americanæ* trifoliæ lucidæ Palamalettæ vulgo, quæ in *Phytographia noſtra Tab.* 229. *fig.* 1. depicta eſt, & à priore plurimum diverſa: Fructus etiam qui illic adpingitur non eſt hujus Arboris, ſed Cucurbitiferæ ſpinoſæ ſimiliter in *Phytographia Tab.* 170, *fig.* 3. ad vivum exſculptæ cum ſuo fructu adpoſito.

Ibid. ad lin. 28.

An fortè Libanotis *Septentrionalium* Herbariorum *Lob. Adverſar.* Libanotis minor, umbellâ candidâ, *CBP.* 158. Libanotis minima, *Hiſt. Lugd. lib.* 6. *fol.* 766.

Ibid. poſt lin. 29.

APOCYNUM arboreum *Ind. Or.* Laurinis foliis, roſtrato Borraginis flore, prægrandi ſiliquâ, ſeminibus longis gracilibus ſericeis pappis involutis. Addeweepaula *Gentilibus Indis*, Bupalemaram *Malabareis*, vocitatur an Nelampala *Hort. Malab. Part.* 9. *fol.* 5. Apocynum *Malabaricum* arboreſc. Limonii folio, flore ex flavo rubeſcente, ſiliquis maximis, *Commel. Not. in loc.* cui ſemina oblonga in vertice ſericeis filamentis pencillata.

Ibid. ad lin. 37.

Huic fortè eſt congener Wiſanck ſ. Vincetoxicum *Virginianum Gerard. emac. fol.* 899. Æſclepias *Indica JB. Tom.* 2. 140. Aſclepias quarta ex *Virgina CBP.*

Ibid. poſt lin. 37.

Apocynum rectum *Marianum*, foliis amplioribus binis ex adverſo ſitis, floribus umbellatis albis fortè præcedentis tantùm varietas.

Ibid. poſt lin. 37.

Apocynum umbellatum album, latiore folio, tetraphyllon. ex *Terrâ Mariana.*

Apocynum rectum *Marianum* longioribus ſubrotundis foliis intervallatis, floribus purpureis.

Fol. 35. *ad lin.* 5.

Ercachedde *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 12.

An Tepezentlis ſeu ſpica Maizii montani, *Hernandez apud Recc. fol.* 223.

Ibid.

Fol. 35. *poſt lin.* 15.

Apocynum rectum *Marianum* foliis longis mucronatis, floribus in umbellam, obſoleti coloris.

Ibid. ad lin. 21.

An Izontecpatli ſeu Volucrum Medicina, *Hernandez apud Reccum*, 125.

Ibid. ad lin. 39.

Fortè etiam Cenanam *Tezcoquenſis*, *Nov. Hiſpaniæ Terentii apud Recc.* 362.

Fol. 36. *poſt lin.* 21.

Apocynum rectum umbellatum, longiſſimo Salicis folio glabro, ex *Terrâ Marianâ*, inter Exſiccatas *D. Doody* obſervatum.

Ibid. poſt lin. 21.

Apocynum *Marianum* erectum, lanuginoſo Salicis folio, floſculis ex albo vireſcentibus in umbellam ſitis; Huic fortè potiori jure pertinet Cenanam *Tezcoquenſis Mexicenſium* ſub Matris ſpicæ Maizii titulo *apud Recc. fol.* 185.

Ibid. poſt lin. antepenult.

Apocynum *Marianum* erectum Linariæ anguſtiſſimis foliis umbellatum, apud *eund. D. Doody*. Apocyno recto non ramoſo Roriſmarini foliis umbellis florum candidis *Almageſt. Bot.* plurimùm convenit.

Fol. 37. *ad lin.* 2.

An Apocynum *Hiſpanicum* fruteſcens Linariæ folio, *Tourneforti. Elem. Bot.* 78. Apocynum (fortè) caule tenui altè ſcandens capſulis echinatis, *Baniſteri Cat. Stirp. Virgin.* Fortè etiam Apocynum fruticoſum ſcandens Geniſtæ *Hiſpanic.* facie, floribus luteis odoratis, *Cat. Jam.* 89.

Apocynum fruticeſcens ſtrictiſſimis rigidis & prælongis foliis, bullatis floribus *Africanum*, an fortè Aſclepias lacteſcens & ſcandens foliis Linariæ Arbuti flore, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2 *pag.* 20. An Apocyno ſimilis anguſtiſſimo folio *Curaſſavica*, tuberoſâ radice caule geniculato nodoſo, *PBP.* 314. Apocyn. ſcandens *African.* Aſphodeli radice anguſtiſſimo folio, *Oldenlandii Paradiſ. Batav.* 59?

Ibid. poſt lin. 7.

Apocynum anguſtifolium ſcandens, *Ind. Or.* breviori folio, cauliculis punicantibus; Segunda-pala *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 10.

An fortè Cenanam de *Quahuna-Hoac. Nov. Hiſpaniæ apud Recc. fol.* 361. Huic quoque propiùs accedit Katu-pal-valli, *HM. P.* 9. *Tab.* 11. Apocyn. *Indic.* ſcandens latifol. flore viridi diluto, ſiliquis oblon. cuſpidatis *Commelin. in loc.*

Ibid. poſt lin. 23.

Apocyni genus ſcandens ex *Ind. Or.* Paulecooddee *Malabaror.* an fortè Vensjerapatsja, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 13.

Ibid. ad lin. 42.

Hujus flores ſunt odore fragrantiſſimi.

Ibid. poſt lin. 42.

Apocynum ſcandens Pervincæ majoris folio ex *Provinciâ Carolinâ.*

Ibid. ad lin. 44.

Fortè Vincetoxicorum ſpeciebus adnumerari meretur.

Fol. 37. *ad lin. ult.*

An Cereo affinis ſcandens planta aphylla, caule rotundo articulato glabro ſuculento ſaturatè viridi Green-Wyth, *Cat. Jam.* 198.

Fol. 38. *lin.* 16. *poſt foliis add.*

Minus corrugatum.

Ibid. ad lin. 30.

Sewiiri ad *Indigenis* nuncupatur.

Ibid ad lin. 35.

An Coaguacuiba *Braſilienſ. Marcgr. lib.* 3. *fol.* 97. Prunus (fortè) racemoſa foliis oblongis hirſutis maximis, fructu rubro, *Cat. Jam.* 184.

Ibid. ad lin. ult.

An Verbaſci folio majore odorato arbor floribus pentapetalis albis *Cat. Jam.* 139.

Fol. 39. *lin.* 5. *poſt Scaligeri add.*

Exercitat. 175. *fol.* 226.

Ibid ad lin. 9.

Nominatur à *Sloano* in *Cat.* ſuo *Jamaicano* Prunifera arbo fructu maximo Pyriformi viridi, pericarpio eſculento butyraceo nucleum unum maxim. nullo officulo tectum cingente; plurima etiam illìc adnectuntur Synonyma ſcilicet Pyrus *Hiſpanica Hugheſij.* Paltifera arbor *Laetij,* &c. quæ omninò diſcrepant ab iſtis notis characteriſticis ſub hujus titulo comprehenſis: Iſta enim *Hugheſij* habet in medio fructûs officulum magnitudine Mali *Armeniaci* rotundum durum læve; quùm *Sloaniana* (ut ipſe deſcribit) nucleum habet nullo officulo tectum. Item *Dampier* in *Orbis circumnavigatione, pag.* 203. affirmat intrâ ſubſtantiam hujuſce fructûs latere Officulum magnitudine Pruni *Aſinarij.* Et ſi Pyrus *Avocata* idem ſit cum *Paltifera,* ut eſt veriſimile (& ſicut ipſe exiſtimat) huic tamèn non poteſt eſſe non diverſam, quoniam iſta quoque in medio pulpæ habet Officulum largiuſculum quoàd formam, fructui haud abſimile. Ahuacaquauhitl ſ. Arbor querciformis butyraceo fructu, *Hernand. fol.* 89. ſi Author plures nudos nucleos intrà fructus ſubſtantiam illi non attribueret, putarem equidem eandem eſſe Arborem: & ab hujus foliorum odore aromatico facile adducimur conjectare eandem quoque eſſe cum *Perſea* arbore *Cluſij,* quæ interdum ab *Hiſpanis* Mamay quoque nuncupatur, ut ex *Cluſio* ipſo & *Jonſtono Dendrolog.* 96. didicimus; ſed neceſſe eſt ut tum ab ipſa *Paltifera* tum ab *Aguacata* ob rationes ſuprà allatas ſit aliena; Quarum poſtrema quoque fructum gerit cruſtaceo, & corticali tegumento obductum ideoque ad edendum maximè inidoneum. Adeo profectò ut non tam in hoc quam in eo decipitur *Sloanus* quod utique intelligens hanc, is interim ſuis Synonymijs nobis obtrudat aliam ab ipſâ maximè diverſam, errore nimis craſſo, & ipſi quidem in hoc Opere nimìs frequenti.

Ibid. ad lin. 16.

Noſter autem eſt cuticulâ denſâ coriaceâ tectus, an peregrinus fructus craſſus in quo magnus nucleus, *JB. Tom.* 1, 398. An Malus *Perſica* maxim. foliis rotundioribus ſplendentibus glabris, fructu maximo ſcabro rugoſo ſubrotund. pulpa durâ ſublutea unum vel plura officula filamentoſa cingente, *Cat. Jam.* 179. Noſtra tamen officula nec filamentoſa, nec in filamentoſis tegumentis ſunt concluſa. Subſequentis ſanè Arboris fructus Officula ita ſe habent.

Fol.

Fol. 39. *ad lin.* 18.

Vid. *Gulielm. Dampier Orb. Circumnavigat. pag.* 204.

Ibid. ad lin. 26. *poſt.* 488.

Nux ſ. Oſſiculum Cypote ſimile Nuci Balſami, *Perviani JB. Tom.* 1. 294. Coxcocypote *Cluſ. exot. lib.* 2. *cap.* 18. *fol.* 44. Malus *Perſica* maxima foliis magnis integris longis, fructu max. oblongo ſcabro, oſſiculo partim rugoſo pattim glabro, *Cat. Jam.* 181. An Fructus reticulato cortio, *Baſil. Beſler. Faſcicul.* An hic vero ad Odallam potius ſit referendus.

Ibid. ad lin. 40.

Huic etiam ut mihi videtur plurimùm convenit Cochitzapotl ſ. Tzapotl ſomnifera, *Hernandez apud Recc.* 89. ab *Hiſpanis* Albatzapotl. nuncupata.

Ibid. ad lin. 43. *poſt* 294. *adde.*

An hujus Oſſiculum ſit Fructus Amygdaloides nitidus peregrinus *ejuſd. JB. ibid. fol.* 292. An fortè Caſtaneæ ſpecie fructus peregrinus *ejuſd. Tom.* 1. *lib.* 7. 129.

Fol. 40. *ad lin.* 2.

Fortè etiam Fructus oblongus fuſcus ſplendens, *CBP.* 406, Fructus 1. *Simonis Tovar.* Coxco Cypote (i. e.) Nux ſive Oſſiculum Cypote, *Cluſ. exot. lib.* 2. *cap.* 18.

Ibid. ad lin. 8.

An fortè Sambaucaie *Braſilienſium, JB. Tom.* 1. 385. Cacao *Gerard. emac. Sloan. Cat. Jam.* 134. ubi more ſuo quærendum proponit an ſit Nux *Portoricenſis* ampliſſimis foliis venoſis & lætè virentibus *Pluken. Tab.* 208. *fig.* 2. cui vel in foliis nè minima quidem intercedit ſimilitudo.

Ibid. ad lin. 32.

An Meſpilus *Curaſſavica vulgô, PBP.* 312.

Ibid. ad lin. ult.

Arbor fortè Canellifera ſylveſtris ex *Syrinama* folio prægrandi, *Breyn. Prodr.* 2. 18. Cujus folia cum aliis quamplurimis reſiccatis plantis *Surinamenſibus* adhùc incognitis (ſi benè meminit) *Autor* accepit à *Nobiliſſ. D. Philippo de Flines* rerum Botanicarùm *Æſtimatore inſigni.*

Fol. 41. *poſt lin.* 3.

ARBOR *Maderaſpatana* Lapathi ſanguinei ferè foliis corymboſa, Pautanchedde *Malabarorum.*

Arbor baccifera *Indica* Lauri ſubrotundo folio floſculis numeroſis ad Lichenis petræi ſtellata capitula propè accidentibus Cnraumchidde *Malabaror.* Huic perſimile eſt Vanamairam *Malabareïs* dictuma & fortè Idem. Arbor *Indica* baccifera Lauri foliis corymboſa, Perin-panel (fortè) *Hort. Malab. Part.* 5. *Tab.* 15. Arboris enim hujus floſculi, cum formâ tum colore & magnitudine haùd abſimiles ſunt floribus noſtris, propterea tamen eandem eſſe Arborem affirmare nequeo.

Arbor *Indica* baccifera Lauri pallidioribus foliis tetraphylla, floribus ſpicatis. Toulcutte *Malabarorum.*

Arbor baccifera Abutili foliis lanugine ferruginea villoſis, Punnanganarre *Malabar.* An fortè Peragu, *Hort. Malab. Part.* 2. *fig.* 25. Hujus enim baccæ calyce amplo membranaceo excipiuntur.

Arbor *Indica* procera Cucurbitæ foliis fructu oblongo quadrangulari. Mallearresh *Malabaror.* Herbaceam autem hanc plantam nobis esse videtur.

Fol. 41. *ad lin.* 10.

Punnemaram *Malabareis*, hujus fructus Pruna *Damascено* par, ex quo exprimunt Oleum ad Rheumaticos dolores valdè proficuum.

Ibid. ad lin. 12.

Carcapuli (fortè) *Linschotani* fructu dulci rotundo, Cerasi magnitudine. Kanna Ghoraka (i. e.) Ghoraka dulcis *Cingalensibus* dicta; quod *Casparus Bauhinus* in *Pinac.* cum Carcapuli *Acostæ*, fructu Mali aureæ æmulo, perperàm confundit; ut videre est in *Hort. Malab. Part.* 1. *fol.* 42. *Not. in Coddampulli.*

Arbor *Indica* Lauri amplioribus foliis obtusis è regione binis, floribus Jasmini, summo ramulo umbellatim positis, ex *Insula Johanna.* Tsjovanni Amelpodi, *H. Malab. Part.* 6. *Tab.* 47. Huic arbori propius accedere videtur.

Ibid. ad lin. 16.

Cujus Umbones postquàm decidunt petala, baccis plurimis Ovali forma sunt elegantèr circumcincti, Jabotapitæ *Brasilienses* in modum ut videsis *apud Pisonem.* 166. Tirnamapollee *Malabarorum*, & interdùm Paulemaram *eorund.*

Ibid. ad lin. 39.

Ramos enim proceris incrementis extendit, ij fila quædam tenuia demittunt, quæ terræ contactu radices itèm generant in aliarum arborum perpetuam seriem sobole non minùs quàm multiplici. Ensenda Ficus *Indiæ* modo nascens, *JB. Tom.* 1. 147.

Ibid. ad lin. 41.

Hujus arboris nì fallor meminit etiam *Antonius Pigafetta* in *suo Itinerar.* ubi refert *Insulæ Tidore* fæminas pudenda tegere panno è libro arboris hac ratione confecto; Delibratur cortex & aquâ maceratus donec mollescat, ligno tunditur, atque qualibet longitudine ac latitudine diducitur adeò tenuitèr, et sericei veli instar, venis transversim discurrentibus contextus videatur. Laurifolia arbor folio latiore longo mucronato lævi splendente, cortice interiore in telas plurimas linearum æmulas extensili, *Cat. Jam.* 137.

Fol. 42. *ad lin.* 2.

An Lauroceras folio arbor, *JB. Tom.* 1. *lib.* 4. 421.

Ibid. post lin. 2.

Arbor *Indica* cujus folia sunt Lauri *Aldino* similia, apicibus rotundioribus retusis ac magis venosa fructu Amygdali, ex hujus nucleis Oleum exprimitur ad varios usus. Elippemaram *Malabaror.* ad Copaibam *Brasilienssium Pisonis* accidere videtur. Est tamen Nuci-prunifera.

Ibid. post lin. 2.

Arbor *Indica* Cerasi laurinæ foliis, flore albo fructu Piniformi, à *D. Jacobo Coningham in India Orientali* observata. Lici (fortè) arbor *Sinensis Mich. Boym. Flor. Sinens.* cujus folia Cerasi laurinæ sunt persimilia fructus cordiformis glandis magnitudine squamoso cortice. Piniferæ arboris fructum refert qui sapit fraga & uvas, sis vide Iconem apud *Jonstonum Dendrol. Tab.* 136. Est arbor nucifera ut suspicari licet ex Descriptione apud *Ogilv. Chin. Tom.* 1. 263. nec non *Tom.* 2. 680.

Fol.

Fol. 42. *ad lin.* 6.

Anona foliis ſubtùs ferrugineis, fructu rotundo majore, lævi pupureo, ſemine nigro partim rugoſo partim glabro, *Cat. Jam.* 206. Meſpili (fortè) quarum fructus noſtrates mole ſuparant, *Laetii lib.* 17. *cap.* 13. 644. An Meſpilus folio laurino ex *Sirinamá Commelin. Cat. Amſt.* 232.

Ibid. poſt lin. 6.

Arbor *Indica* baccifera Laurinis lucentibus foliis ex *Oris Coromandel.* Malècungee *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 14.

Sub nomine Balangas habuit idem *Caſparus.*

Ibid. ad lin. 15.

Arbor *Indica* pallidioribus foliis, fructu conoide ex magno calyce emergente. Cautmogullamaram *Malabarorum.* Hujus flores ſunt odore fragrantiſſimi. Elengi fortè *Hort. Malab. Part.* 1. *Tab.* 20. quam tamen à Kauki *Indorum Breynii* planè diverſam eſſe agnoſcimus.

Ibid. poſt lin. 17.

Arbor Laurifolia *Indica*, fructu ad caulem racemoſo, Oleæ magnitudine & formâ villoſo, ſeminibus Anonæ nucleorum æmulis referto.

Ibid. ad lin. 20.

Terrane *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 23.

An Quauhtlepatli ſeu Arbor ignea, *Hernandez apud Recc. fol.* 67.

Ibid. ad lin. 32.

Balſami novi fructu racemoſo folium, apud *J. Bauhin. Tom.* 1. 297. ad vivum expreſſum à noſtrâ haùd mulrùm abhorret, ut & Balſami folium. *Hiſt. Lugd. lib.* 18. *fol.* 1775.

Ibid. ad lin. 34.

An fortè Tilia arbor racemoſa folio longiori ſubtùs albicante nervis purpureis inſignito, flore pentapetalo purpureo, *Cat. Jam.* 135. Yerva Mora ab *Hiſpanis* quoque dicitur Solanum baccis rubris & aureis; Ipſum tamen Solani ethymon ob quandam in quibuſd. partibus ſimilitudinem longè pluribus iiſque diverſiſſimis ſtirpium generibus ab *eodem Populo* imponi conſuevit: Affinitas ergo formæ & coloris baccarum eò forsàn *Hiſpanos Canarienſes* induxit, ut hujus Arbuſculam Yerva Mora (i. e.) Solani titulo inſigniverint.

Ibid. ad lin. ult.

Veanaungoo *Malabarorum.*

Fol. 43. *ad lin.* 2.

An potiùs Scherunam-Cottam *ejuſd. Hort. Malab. Part.* 2. *fig.* 16. Corni ſ. Sorbi ſpecies *Javanica Bontij lib.* 6. *cap.* 12.

Ibid. poſt lin. 7.

Arbor *Indica* longis mucronatis integris foliis, fructu albicante Nucis *Palmæ Indel* dictæ æmulo; Aſhogamaram *Malabarorum*, an fortè Asjogam, *Hort. Malabar. Part.* 5. *Tab.* 59. cui bina ſunt ex adverſo folia perindè ac in noſtrâ.

Fol.

Fol. 43. *post lin.* 9.

Arbor *Indica* Ovali folio floſculis plurimis in ſpicis ſummo ramulo diſpoſitis acinifera, Pulicheemaram *Malabarorum*. Fortè Tsjeriam-Cottam, *Hort. Malabar. Part.* 5. *Tab.* 11. Quæ ad cæteras Cottam ſpecies, *Part.* 1. *Tab.* 56. & *Part.* 2. *Tab.* 16. ut dicit *Commelinus* meritò refertur, eſtque tertia Illarum ut Notæ genericæ indicant; Omnes namque humiles ſunt Arbuſculæ bacciferæ flore pentapetalo.

Arbuſculâ corymboſa *Ind. Or.* folio fermè Ovali figura. Sirrunarvelle *Malabaror.* hujus folia Sida-pou, *Hort. Malab. Part.* 6. *Tab.* 59. foliis haud diſſimilia videntur.

Arbuſcula *Americana* baccifera floſculis comoſis & foliorum Tremäe *Braſilienſium* æmulis, an Vitis Idæa ex *Terra Mariana*, an Sorbi vel Meſpili ſpecies *Americana*? Eadem fortè cum Tremäe *Piſonis* vel Tremate *Braſilienſibus Marcgr.* 81. *quoàd figuram.*

Arbuſcula baccifera Aſclepiadis folio fructu Tiliæ tetragono. Chermurre *Malabarorum* hujus fructui Pee-Tsjerou-ponnagam, *Hort. Malab. Part.* 5. *Tab.* 23. fructus haud multùm abſimilis.

Arbor roſca Styracis folio *Africana ten Rhine Breyn. Faſc.* 19. Arbor roſea folio infernè incano *ejuſd. Cent.* 179. Hæc autem planta ut ex ramulo cum flore minùs tamèn curiosè aſſervato mihi viſo, conjectarem inter Ciſtorum genera, militari meretur.

Ibid. ad lin. 13.

Hanc quandam affinitatem cum Acere habere velit *Dr. Sloan in Cat. ſuo Jam.* 138. ubi ſub nomine Aceri vel Paliuro affinis anguſto oblongo Lĩguſtrifolio, floro tetrapetalo herbaceo dubium mover. An ſit? Arbuſcula viſcoſa noſtra, cum jure merito ad Acer minus fructu orbiculari, &c. *Breynij* in *Almageſt.* cum Synonymiis memoratum, *fol.* 7. iſta ſit referenda, cui tam propè accedit ut eandem eſſe nobis videtur, ſicut & ipſe facit; ſed ab Arbuſcula noſtra viſcoſa de qua quæſtio nunc agitur maximè diverſam; ſi tamen quod res eſt fateri liceat ſuſpicamur non bene notam *Sloano* hanc noſtram Arbuſculam: pluribus etiam argumentis hoc loco ſi res exigat oſtenderem *D. Sloan* alteram ab altera neſciviſſe diſtinguere.

Fol. 44. *post lin.* 2.

Arbor baccifera *Barbadenſis* Morifolia ſimplici officulo magno concide ſtriato, polycarpos, ſivè multiplici nucleo parvo. **Mulberry-leaf-Tree**, ab *Inſulonis* noſtratibus nuncupatur, an Cumana arbor dicta *Laetii Ind. Occid. lib.* 18. *cap.* 4. Gacirma *Nierembergij lib.* 14. *cap.* 5?

Ibid. poſt lin. 7.

Arbor *Indica* Fagi amplioribus foliis denſis, fructu Anonæ dulcis. Sumtrapoonne *Malabarorum.* Hujus arboris folia mirabilitèr flatus diſcutiunt, & optimum hiſce regionibus exſtat Carminativum.

Ibid. poſt lin. 11.

Arbor baccifera *Ind. Or.* Ilicis ſuberiferæ foliis fructu calyculato, calycibus intùs azureo tinctis.

Arbor baccifera Althææ foliis parvis ſubrotundis *Ind. Orient.* Chaddache *Malabar.* An Tindæ parvæ ſpecies minor *Malabarica.*

Arbuſcula *Indica* Alni lanato folio minoris æmula, orbiculari, baccâ calyculatâ. Vacaunnee *Malabarorum*.

Fol. 44. *ad lin.* 16. *poſt cap.* 1. *adde.*

Aguapam (fortè) Arbor *novi Regni Granatenſis ejuſd. Laetij. Ind. Occ. lib.* 9. *cap.* 4. Fortè etiam Fruticera *Inſul. Sancti Johannis de Porto Rico ejuſd. Ind. Occ. lib.* 1. *cap.* 1. An Arbor Laurifoliis qualitate cauſticâ ut ſi quis manum quo frondes contrectarit ad oculos ferat, ingentes dolores patiatur, & ad aliquot horas videndi facultate privatur ex *eodem fol.* 601. quæ tamèn in *Cat. Jam.* ad Capſicorum genus refertur.

Ibid. ad lin. 20. *poſt JB. add.*

Arbor venenata alia *ejuſd. JB. Tom.* 1. 505. Meſpilo ſimilis Fructus *Americanus ejuſd. Tom.* 1. 72. *Ler. Hiſt. Navigat. in Braſil. lib.* 1. *cap.* 12. Arbor in *Inſulis Canibalum Jonſt. Dendrolog.* 467. Arbor pomis venenatis in *Darien Nieremb. lib.* 14. *cap.* 3. Itèm Guchon (fortè) planta peſtilentiſſima *ejuſd. lib.* 14. *cap.* 105. *fol.* 331. vel Arbor venenata ſecunda Guchon *Jonſton Dendrolog.* 466. Fructus *Braſilienſis* Meſpilo ſimilis *de Laet.* 562. Meſpilo ſimilis Fructus venenatus, *CBP.* 454.

Ibid. ad lin. 24.

Maſſinilia arbor *Americana* pomifera venenato Pyrifolio, fructu orbiculari compreſſo odorato, *Hort. Beaumontian*, 29. Juglandi affinis arbor julifera lacteſcens venenata Pyrifolia, Mancanillo *Hiſpanis* dicta *Cat. Jam.* 129. Ubi Baxanæ arbori ſimilis ſi non eadem *JB.* ponitur pro hujus Synonymo; At non poteſt eſſe Baxana hæc Arbor quæ licet radicibus adeo venenata ſit, ut iis ſtatim perimat tangentes, fructus autem illius cui nomen Nirabix adeo ſalubris eſt, ut huic veneno ac reliquis omnibus preſentaneum ſit remedium *Odoar. Barboſa.* ſed Autor *Catalogi* hoc in loco plurima confundit.

Ibid. ad lin. 24.

Arbor *Indica* Pyrifolia fructu Nucis moſchatæ ſimili tricapſularis. Cattakai *Malabarorum.*

Arbor *Indica* Pyri denſioribus & ſubrotundis foliis, fructu Nucis Moſchatæ magnitudine ſummo vertice coronato. Cammaulmaram *Malabarorum.* Tsjambou ſylveſtris (fortè) ſpecies: An Jambu ſylveſtris minor *Nieuhof. Itiner.* Cùm Catu-Tsjambu, *Hort. Malab. Part.* 4. *Tab.* 8. Quæ (ut dicit *Commelinus)* magnam habet ſimilitudinem cùm Malacca-Schambu & Nati Schambu *ejuſd. Hort. Malab. Part.* 4. *Tab.* 17. & 18. in fructu ſuo maximè convenit. Tuſſientibus & raucedine laborantibus opitulatur.

Arbuſcula *Indica* Pyrolæ minoris folio, Cucurbitino flore, fructu Myrobalani. Cambeechedde *Malabarorum.* Hujus fructus benè coctos comedunt Indigenæ; eſt de Pruniferor. cenſu.

Ibid. ad lin. 27.

Thymelææ facie frutex maritimus tetraſpermos, flore tetrapetalo, *Cat. Jam.* 138. Si non fallitur ipſe.

Arbor *Africana* rigidiuſculis & ſplendentibus Salicis foliis ex *Promont. Bon. Spei.* An Planta ſarmentoſa ex cujus foliis & ſtolonibus inciſis. Aſſa fœtida exprimitur, *Bontij. Hiſt. Nat. lib.* 4.

Foli.

Fol. 44. *poſt lin.* 37.

Arbuſcula *Africana* tricapſularis Anonidis Vernæ folio ſingulari floſculis oblongis pentapetalis luteis calyce magno bullato villis obſito exceptis, ſummo ramulo confertim naſcentibus. Hujus capſulæ ſeminales Siſyrnrichij parvi ſunt æmulæ, in quibus ſemina parva nigro-ſplendentia Anonidùm more deliquium patientia, plurima intrà parientes continentur. In Hortq exoticar. Stirpium inſtructiſſimo, *D. D. Uvedale apud Enfeldiam* lætè virentem conſpeximus. Hanc Arbuſculam (ſui generis) & maximè ſibi peculiarem. Chamæciſtum, *cap. B. S.* folio criſpo Chamædryos, *Novitius* quidam è *noſtratibus* ſatis iniquè denominat; Undè patet quam non æquam viribus ſuis materiam ſuſcepit, licet *Virtuoſorum* albo inſcriptus erat, cum de Plantis exoticis conſcribere aggreſſus eſt. Hermannia ut dicitur à *Tournefortio* denominatur.

Fol. 45. *poſt lin.* 2.

Arbuſcula *Mariana* Aceris *Virginianæ* folio baccifera, oſſiculo ſingulari ſtriato compreſſo, apud Collectaneas amici noſtri *D. Jacobi Ayrè.*

Ibid. ad lin. 6.

Cummala *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 12.

Avicenna enim in *ſecundo Caronis* ait Seitaragi ille qui eſt *Indus* habet ligna parva ſubtilia, & cortices ſicut Garyophylli; Seitaragi vero ſecundum *Joannem Jacobum de Manliis in Explanat. Herbar. apud Othonem Brunfelſium fol.* 168. eſt Species Naſturtij, & quoad *Simonem Januenſem* ex autoritate *Pauli* Iberis quam Lepidium, alii Agricardamon appellant eſt legitima Seitaragi: Hinc pater duas fuiſſe apud *Arabes* hujus nominis Plantarum ſpecies.

Ibid. ad lin. 19. *quæ ſequuntur verba.*

Fortè etiam Avellana purgatrix, & Ben *Monardis cap.* 7. omninò deleantur.

Ibid. poſt. lin. 19.

Arbuſcula *Mariana* Pruni ſylveſtris longioribus alternis foliis lætè virentibus floſculis plurimis ad foliorum alas oriundis, an Frutex anonymos quintus, *Marcgr. lib.* 2. *cap.* 15.

Ibid. ad lin. 29.

Anona foliis laurinis glabris viridi-fuſcis fructu minore rotundo viridi flavo ſcabro, ſeminibus fuſcis ſplendentibus, fiſſurâ albâ notatis, *Cat. Jam.* 206. additur laurinis (fortè) à ſimilitudine aliquâ in foliis; quam vix aſſequor.

Ibid. ad lin. 33. *poſt alatis add.*

Terebinthinis foliis.

Ibid. ad lin. 36.

Noſtra enim eſt arbor baccifera cujus fructus ſunt Hederætrifoliæ *Canadenſis Cornuti* baccis hàud abſimiles. Arbor (fortè) peregrina *Romæ*, in quodam *Horto Columnenſi* ſimiles Rhoi, foliis lacte manantibus *Andr. Cæſalpin. in Append. ad libros de Plantis.* Huc (fortè) accenſeri meretur Quauxiotl, *Nov. Hiſpaniæ Hernandez apud Recc.* 406.

Ibid. poſt lin. 39.

Arbor *Africana* foliis Arbuti Spirææ floribus in ſpicam denſiorem adactis. Eadem fortè præcedenti. Huic maximè conveniret Pongolam, *Hort. Malab. Part.* 7. ſi folia eſſent ex adverſoſita.

Fol.

Fol. 45. *ad lin.* 40. *poſt* 1636. *add.*
Phytograph. Tab. 141. *fig.* 4.
Ibid. poſt lin. ult.

Arbor *Sirinamenſis* Lauri denſioribus foliis, media coſtâ per longitudinem tuberoulis veluti perforatis conſpicuâr. Amelpodi (fortè) *Hort. Malab. Part.* 5. *Tab.* 51.
Arbor *Indica* ἄκαρπος floribus umbellatis tetrapetalis *Raij Hiſt. Pl,* 1787.

Fol. 46. *ad lin.* 3.

Qui dubium movet, an ſit? Kanelli itti Canni, *Hort. Malab. Part.* 10. *in Muſ. pag.* 8. At hæc Kanelli eſt herba paraſitica ſuper ramos Arboris Kasjan repens in *India Orientalia.* Iſta vero non item; Cauſhachedde à *Malabareis* nuncupatur & aliquando Cacianchedde cujus folia ad colorem rubrum inficiendum tinctoribus inſerviunt, cui flos viride-cæruleus, abacca parva rotunda, vivaci viridi colore, elegantèr coronata, & ſi benè memini monopyrena, cum ſpinulâ longâ ad apicem donata.

Ibid. poſt lin.

Arbor *Indica* baccifera. Liguſtri folliis denſioribus & firmioribus, fructu ovali. Pungalu *Malabarorum*, an hæc ſit rectius Kanneli-Itti Canni. *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 5.

Ibid. ad lin. 9.

Deleantur *fortè & quæ ſequuntur verba.*

Ibid. ad lin. 25. *poſt levantes adde.*

Coca *Perviana Pernandez apud Recc.* 302. Arbuſta pro Numinibus habita, Mamacocæ vocata (hoc eſt) Matres Cocæ ſ. Deæ Cocæ *Nieremberg.* fol. 304.

Fol. 46. *poſt lin.* 27.

Arbor *Indica* Euonymi brevioribus foliis, floribus ad ſtipitem racemoſis. Cungee *Malabarorum*, an fortè Tsjerou Kanneli, *Hort. Mal. Part*, 5. *Tab.* 50.
Arbuſcula *Mariana* brevioribus Euonymi foliis pallidè virentibus, floribus Arbuteis ex eodem nodo plurimis, ſpicatim uno verſu prorumpentibus. An ſit Myrtilli ſ. Vitis Idææ ſpecies *Americana*, flore majori.

Ibid. ad lin. 36.

Fortè etiam Amazquilitl *Novæ Hiſpaniæ Terentij apud Recc.* 350. An Myrtifolio arbor cortice argenteo foliis oblongis ad baſin latioribus acuminatis inodoris ex adverſo ſitis, flore pentapetaloide pallidè albicante, *Cat. Jam.* 162. an arbor *Braſiliana* Myrti laureæ foliis inodoris, *Hort. Med. Amſt. cap.* 89. *cum Icone.*

Ibid. ad lin. 38.

An Myrtifolio arbor foliis longiſſimis inodoris, *Cat. Jam.* 162.
Arbor *Americana* Myrti *Boeticæ* latifoliæ facie aromatica. An Lauro affinis Terebinthi folio alato, ligno odorato candido, flore albo. *Cat. Jam.* 137. An Myrto affinis arbor foliis laurinis flore albo tetrapetalo odorato *ejuſd.* 162. Hujus exemplar à *D. Samuele Doodeio* nos accepimus.
Arbor *Americana* Myrtiformis foliis graveolens. An Arbor ex *Sirinama* ſ. *Americana* Myrti laureæ foliis, Elemi reſinam fundens, *Breyn. Prodr.* 2. 18.
Arbuſcula baccifera Myrtifolia in ramulorum cymis fructu racemoſo cæruleo. Cariwaopulle *Malabarorum.* Tota planta aromatica eſt, & Uva ſapore acri Piperis.

Fortè Frutex Myrtuosus sive Amomum Mali *punicæ* foliis apud *Plinium. lib.* 12. *cap.* 13. & Piperella dici mereatur. Fortè etiam Oxymyrsine *Serapionis* qui affirmaverit Oxymyrsinem esse Arborem ferentem fructum qui apud *Arabes* Cubebe vocatur; ab Oxymyrsine *Græcorum* quæ latinè Ruscus, vulgo autem etiam à Medicis, Bruscus appellatur, ex quo *Plinij* temporibus, sicut hodiequoque fiebant ruri Scopæ, plurimùm diversa est.

Arbor *Indica* Pruni sylvestris folio, Corni maris fructu longiore, cujus lignum Santalum nigrum ab *Indigenis* habetur. Davadarre *Malabar. vid. Santalum nigrum.*

Arbuscula *Indica* Buxifolio baccifera, ex alis foliorum sigillatim fructum edens. Erembillee *Malabarorum.* Hujus baccæ sunt & calyculatæ, & coronatæ, rotundæ fuscæ.

Arbor baccifera Biti *Malabaricæ* foliis majoribus, aversâ parte molli hirsutie pubescentibus, Taxi fructu duro glandiformi, vel fructu parvo, calyce membranaceo integro propemodùm immerso. Perewoondel *Malabarorum.* Ex foliis arboris placentulas conficere norunt *Indigenæ* quas in eduliis habent, fructus quoque Istis cibo sunt, quæ causa est ob quam diligentèr excoluntur, cujus exemplar nos adhuc servamus in *Herbario nostro vivo,* inter hùc allatas Raritates *Indicas.*

Fol. 46. *post lin.* 40.

Arbor quinquefolia & heptaphylla frondosa, ex *Terrâ Marianâ.* An de Mespilorum genere necnè. Fortè Mamanga *Brasilienſium Marcgr. fol.* 183.

Fol. 47. *post lin.* 31.

Arbuscula *Mariana* Ligustri foliis ternis circa caulem ambientibus, floribus plurimis ad Ortus foliorum amoenè purpureis.

Ibid. ad lin. 33.

Punanchidde *Malabareis* dicta & interdum Purnaval.

Ibid. ad lin. 36.

An Iperoba *Brasilienſibus Marcgr. lib.* 3. 97. Baccifera trifolia racemosa, flosculis albis tetrapetalis, fructu nigro monopyreno fœtida, *Cat. Jam.* 170?

Ibid. ad lin. 38.

An fortè Pavate *Acostæ, Hist. Lugd. lib.* 18. 1863.

Fol. 48. *ad lin.* 5.

Baccifera *Indic.* trifolia, fructu rotundo monopyreno, *Raij. Cat. Jam.* 170.

Ibid. ad lin. 7.

Black-with, à Colonis nostratibus illic degentibus nominatur; hujus Fructus tetrapyrene lignosus suis cum calyculis à *Promontorio Bon. Spei* subtitulo Piensjale ad nos aliquando allatus est, & à fructu Nirnotsjil. *Hort. Malab. Part* 5. *Tab.* 49. quoad formam externam haud multùm abludere videtur. An forte Tsjeru-Teka, *Hort. Mal. Part.* 4. *Tab.* 29.

Ibid. post. lin. 15.

Arbuscula claviculata Periplocæ foliis heptaphyllos, ex *Insula Johanna.* An Acer scandens minus Apocyni facie, folio subrotundo, *Cat. Jam.* 138.

Ibid. ad lin. 17.

Fortè Cacapolton *Novæ Hispan. Hernandez. apud Recc. fol.* 69. An Pruno (fortè) affinis arbor, folio alato, flore herbaceo pentapetalo racemoso, *Cat. Jam.* 182.

Fol.

Fol. 48. *poſt lin.* 17.

Arbuſcula Convolvulacea Salicis odoratæ latioribus foliis, *Provinciæ Marianæ.*

Ibid. ad lin. 19.

An Arbor maxima (fortè) Prunifera, cortice cannabino, folio longiſſimo latiſſimoque. The Broad-leaf Tree, *Cat. Jam.* 184. Huic noſtræ haùd multùm diſſimilis eſt Nalugu, *Hort. Malab. Part.* 2. *fig.* 26. & fortè ſit eadem.

Ibid. poſt lin. 20.

Arbuſcula baccifera circumplicatilis vitigineo folio ſubtùs lanato, fructu racemoſo fervidiore odoro. Perreaurulla *Malabarorum.* Amomum (fortè) legitimum Vitis albæ folio *Dioſcoridis lib.* 10. *cap.* 14. Amomum arborem foliis *Bryoniæ* floribus Violæ pingit *Caſtor Durantes* ſed quid ſit cum *C. Bauhino*, & nos ignoramus.

Arbuſcula baccifera ſcandens ſpinoſa foliis Buxi pallidioribus. Coodemoocatarre *Malabarorum.*

Arbuſcula amplexicaulis Liguſtri foliis ſiliquifera, longè latèque ſe ſpargens. Ponelleechedde *Malabarorum.*

Fol. 49. *ad lin.* 28.

Hùc fortè ſpectat Iztacpatli Quizaſepin, *Novæ Hiſpan. Terentii apud Recc.* 381.

ARISTOLOCHIA *Indiana* minor. Ardanapalle *Malabarorum*, fortè Clematitidis ſpecies, ſed à priore diverſa.

Ariſtolochia Clematitis *Mexicana*, radice longa craſſa, fructu triangulari ſulcato. Phehuame-*Michuacanenſium Hernandez apud Recc.* 162.

Ibid. ad lin. 34.

Hanc autèm & proximè ſubſequentem eſſe revera de Ariſtolochiarum cenſu nunc ſanè dubitamus; Hujus valdè ſimilem ſub titulo Paatchurchæ *Malabarorum* ex *Ind. Or.* aliquando accepimus.

Ibid. ad lin. ult.

Virginiam noſtram, pro natali ſolo ſibi vendicat.

Fol. 50. *ad lin.* 8.

Hujus etiam varietas eſt major latifolia, ex *Aleppo.*

Ibid. ad lin. 21.

Maſiapattree *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. ult.

Proſp. Alpinus cum in *Ægypto* viderit in uſum alimentorum frequentiſſimè cedere hujus radicem, nimìs erroneè *Colacaſiam* eſſe pronunciat.

Fol. 51. *poſt lin.* 15.

ARUM *Americanum* foliorum auriculis magnis ſubrotundis ex *Inſulis Caribeis.* Huic fortè ſpectat Nir-tsjembu, *Hort. Malab. Part.* 11. *Tab.* 16. Ariſarum aquaticum piſtillo rubro, pediculo, globulo adhærente, *Commelin. Not. ſupr. loc.*

Fol. 51. *ad lin.* 21.

Arum minus eſculentum Sagittariæ foliis viridinigricantibus, *Cat. Jam.* 63.

Arum minus Acetoſæ folio ex *Inſulâ Johannâ.*

Arum *Americanum* latiori folio radice eſculenta. Arum *Byzantinum Cluſ. Hiſt.* 2. 74. Huic noſtro optimè convenit, an Kaiſchucpenauk radix alba Ovi gallinacei magnitudine & formâ, quâ elixâ veſcuntur, *Hariot. CBP.* 91.

Fol. 51. *poſt lin.* 27.

Arum majùs paluſtre *Ægyptiaci* facie, radice arundinaceâ *Inſulæ Johannæ.* Idem fortè præcedenti.

Arum *American.* ſcandens, pampineis foliis ampliſſimis, caule maculato. Clematitis *Malabaror.* foliis Vitis,colore Dracunculi, *CBP.* 301. Lignum colubrinum alterum *Acoſtæ CBP. ibid. Hiſt. Lugd.* 1911. *Park. Theatr.* 1665. Colocaſia hederacea ſterilis & laciniata *Plumier. fol.* 38. *fig.* 51. & 53. Xalquauhitl ſtipite punctato, *Hernandez apud Recc. fol.* 130. Huic congener eſt, ſi non idem. Arum max. altiſſimas ſcandens arbores foliis Nyphææ laciniatis, *Cat. Jam.* 63.

Ibid. poſt lin. 35.

Arum aquaticum minus, ſ. Ariſarum fluitans pene nudo *Virginianum D. Baniſteri.*

Ibid. ad lin. 39.

Piper longum humilius, fructu è ſummitate caulis prodeunte, *Cat. Jam.* 45. Sed nihil præter ſpicam, cum Pipere commune habet.

Fol. 52. *ad lin.* 6.

An Serpentaria triphylla, *Zeylanica Breyn. Prodr.* 2. 90.

Ibid. poſt lin. 11.

Arum ſive Ariſarum *Marianum* triphyllon, flore ſtriis purpureis elegantèr virgato. Idem fortè cùm præcedenti. *Variat etiam flore ex atropurpureo; & interdùm flore ex viridi albicante.*

Ibid. ad lin. 36.

JB. Tom. 2. *lib.* 17. 404. Ut & Maniel foliis Poeoniæ, *Part* 3. *Amer. Epiſt.* 2. *de Braſil.* quæ ad Manihot *Indorum* à *Caſp. Bauhino* refertur in *Pinac. pag.* 91.

Ibid. poſt lin. 36.

ARUNDO vallatoria *Ind. Or.* noſtrati ſimilis. Peacaramboopu *Malabarorum.* Arundo vallatoria craſſior & elatior *Ind. Orient.* Corkipillu *Malabarorum.*

Fol. 53. *ad lin.* 4. *poſt arbor.*

Tabaxir folio Oleæ, *JB. Tom.* 1. *lib.* 8. 222.

Ibid. poſt lin. 7.

Arundo arbor *Indica* procera, fructu Seſami in verticillas denſius ſtipato, Mungell *Malabaror.* Arundo Indica Ily (*Hort. Malab. Part.* 1.) foliis & formâ, ſed fructu diverſa, Mambu vel Bambu altera ſpecies *Orientalis.* An Noly-Ila, *Hort. Malab. Part.* 5. *fol.* 119.

Fol. 54. *ad. lin.* 7.

Tannemutancatunga *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 9.

Aſparagus aculeatus Sarmentoſus maximus tricoccos.

Ibid. poſt lin. 9.

ASPARAGUS aculeatus *Africanus* ſpinis aduncis ex *Promont. Bon. Spei.* à præcedenti parùm recedens.

Fol.

Fol. 54. *poſt lin.* 24.

ASPERULA Americana radice bulboſâ ex Provinciâ *Caroliná*. An Neycotlapatli, *Nov. Hiſp. Hernandez. apud Recc.* 391.

Ibid. poſt lin. 33.

ASPHODELUS albus minor *Æthiopicus*, *ex Prom. Bon. Spei*.

Aſphodelus minor albus *ex Provinciâ Marianâ*.

Fol. 55. *poſt lin.* 7.

Aſphodeli *Indicæ* affinis floribus hexapetalis ſpicatis *Commelin*. Katu-Kapel, *Hort. Malabar. Part.* 11. *Tab.* 42.

Ibid. ad lin. 21.

An Aſter folio oblongo integro incana, flore pallidè cæruleo, *Cat. Jam.* 124.

Ibia. poſt lin. 29.

ASTER cæruleus ex *Provinciâ Marianâ* quaſi perfoliatus, floribus parvis ſpicatis.

Idem foliis minûs acuminatis, ſummo caule, flore unico majori.

Ibid. ad lin. 32.

Huic fortè accenſeri meretur Aſter purpur. *Americanus* urens, ſ. Tzitziqui *Mexicenſibus Hernandez apud Recc.* 435.

Aſter purpureus *Americanus* foliis tridentatis ex *Carolina*. Fortè Tlanpanxihuitl. *Nov. Hiſpan. Terentii apud Recc.* 426.

Fol. 56. *poſt lin.* 3.

Aſter cæruleus polyanthos Alypi foliis incanis ex *Terrâ Marianâ*.

Aſter cæruleus Piloſellæ foliis *Marianus* floribus umbellatis.

Aſter *Marianus* flore albo majore ſimplici, foliis magis mucronatis hirſutie pubeſcentibus.

Ibid. poſt lin. 12.

Aſter Tripolii facie, craſſis amplioribus foliis ſubtùs incanis, ex *Inſula St. Helená*.

Ibid. ad lin. 91. *adde.*

Vid. Phytograph. Tab. 326. *fig.* 1.

Ibid poſt lin. 29.

Aſter *Virginianus* fruteſcens minor ericoides Linariæ folio, flore albo parvo, *Breyn. Prodr.* 2. 21. ex *Terr. Marianâ*.

Aſter *Cormandelicnſis* Virgæ aureæ foliis.

Ibid. poſt lin. 36.

Aſter *Marilandicus* Ptarmicæ capitulis, flore albo, Baccharidis *Monſpelienſium* folio, & effigie.

Ibid. poſt lin. 39.

Aſter *Marianus* Ptarmicæ capitulis, Mezerei *Arabum* folio latiori, flore cæruleo. Variat etiam flore purp.

Aſter *Marianus* flore albo Ptarmicæ capitulis, latiori folio rigeſcente, margine leni.

Aſter *Marianus* Ptarmicæ capitulis, Conyzæ albæ acris folio anguſto ſplendente glabro.

Aſter *Marianus* Ptarmicæ capitulis, flore albo, foliis & facie Bellidis Umbelliferæ.

Aſter maritimus fruticoſus Hyſſopi foliis confertis, flore albo ex *Prom. Bon. Spei*.

Aſter *Capitis Bon. Spei*. Elichryſi folio lanuginoſo, flore albo. An Aſter-Gnaphaloides flore albo, *Capit. Bon. Spei. Breyn. Cent.* 179. à *D. Stoneſtreet* habuimus.

Fol.

Fol. 56. *poſt lin. extrem.*

Aſter perexiguus ex *Inſula Johanna.*

Fol. 57. *poſt lin.* 1.

Aſter *Virgineus* Conyzæ mediæ foliis, Bellidis ramoſæ *Cornuti* floribus ferè umbellatis.

Ibid. poſt lin. 31.

Aſter *Marianus* Majoranæ foliis, flore luteo magno ſingulari.

Aſter luteus Polygalæ foliis *Africanus, ex Prom. Bon. Spei.* An Virga aurea *Afric.* foliis Ericæ bacciferæ, *Breyn. Faſc.* 25. Fortè etiam Virga aurea *Africana* foliis Linariæ minoribus *ejuſd. ibid.*

Ibid. poſt lin. 33.

Aſter luteus *Marianus* Saligneis brevioribus foliis hirſutie pubeſcentibus, ſummo caule ramoſus.

Fol. 58. *ad lin.* 25. *poſt Sapore add.*

Vid. *Phytograph. Tab.* 326. *fig.* 2. Aſter luteus Abſinthites ex *Prom. Bon. Spei.*

Ibid. ad lin. 42.

Fortè Tezonpatli, *Hernandez apud Recc.* 193.

Ibid poſt lin. 42.

ASTRAGALUS (fortè) *Marianus*, Apios *Americanæ* floribus convolvulaceus, ternis tantùm foliis perpetuò donatus.

Fol. 59. *poſt lin.* 39.

Aſtragalus *Marianus* anguſtioribus foliis, petiolis albis tumidiuſculis, ſpicâ florum denſius ſtipatâ, â proximè præcedenti haud multùm diſcedens.

Fol. 60. *ad lin.* 9.

An Aſtragalus *Dioſcoridis* vulgò *Chriſtianæ* radix *Rauwolf. Hiſt. Lugd. app.* 26.

Ibid. ad lin. 19.

Pelecinus vulgaris, *Tournefortii Elem. Bot.* 331.

Ibid ad lin. 23.

Anonis maritima lenis rigidiuſculo folio integro altè crenato, *Cupani H. Cath.*

Fol. 62. *poſt lin.* 4.

AVENA major *Belgarum*, granis amplioribus albis.

Ibid. ad lin. 8.

Ad hoc genus Plantarum ſpectare videtur Coacivizpatli *Mexicenſis*, ſ. Medicina doloris, *Hernandez apud Recc. fol.* 301.

Ibid. ad lin. 23.

The Bead-Tree, ſic dicta quia ejus fructus Sphærularum precatoriarum uſum præbet.

Ibid. ad lin. 27.

Mallewamboo *Malabarorum* & interdùm Trucaweampavee. *Luſitaris* Margoſa de mato.

Ibid. ad lin. 31.

Neerallaree *Malabarorum.*

B.

Fol. 63. *ad lin.* 33.

AN Yztac-Quauxiotl, ſeu Quauxiotl alba Galiopifera, *Hernandez apud Recchm.* 57.

Fol. 65. *poſt lin.* 10.

BELLIS *Æthiopica* Erucæ foliis incana *Capit. Bon. Spei. Breyn. Faſc. rarior* 19.

Ibid. poſt lin. 33.

Bellis *Americana* minor, Umbelliferæ affinis hirſutior, ſummo caule cæruleſcente flore ſingulari.

Bellis *Africana* major ſurrecta, rigidioribus Agerati foliis, floribus fere umbellatis parvis.

Fol. 66. *ad lin.* 4.

Matricaria Tanaceti folio, flore majore, ſemine umbilicato, *Turnefortij Elem. Botan.* 394,

Ibid. ad lin. 8.

Matricaria Tanaceti folio, flore minore, *Turnefortij Elem. Botan. ibidem.*

Fol. 67. *poſt lin.* 1.

BERBERIDIS affinis Mail-Ombi *Malabarorum*, *Hort. Malab. Part.* 5. *Tab.* 26.

Ibid. ad lin. 18.

Betonica montana lutea latifolia, *Boccon Muſeo Plantar. pag.* 82. *Tab.* 72.

Ibid. ad lin. 23.

Sideritis *Canadenſis* altiſſima, Scrophulariæ folio, *Turnefortij, monente D. Preſton.*

Ibid. ad lin. 24. *poſt venoſis add.*

Floribus luteis, ſummo caule in breviorem ſpicam glomeratis.

Ibid. ad lin. 25.

An Althæa ſpicata Betonicæ folio villoſiſſimo, *Cat. Jam.* 97.

Ibid. ad lin. 27.

Fortè etiam Althæa ſpicata, Betonicæ folio villoſo, ſpicâ breviori & laxiori *ejuſd. Cat.* Item Althæa ſpicata Betonicæ folio glabro, flore luteo, habitiori ſpicâ *ejuſd. ibid.* quæ nil niſi præcedentis varietas à nobis habetur, & non ſpecies diverſa.

Ibid. poſt lin. 27.

BETONICA arboreſc. viiloſis foliis profundè venoſis, floribus ex alis foliorum glomeratis. Cheddecootan *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 34.

Fortè *Pie po Sinenſium Andr. Cleyeri Medic. Simpl. Chinenſib. uſitat. pag.* 39.

Ibid. ad lin. 37.

Terebinthus major Betulæ cortice, fructu triangulari, *Cat. Jam.* 167. Ubi varia miſcuit Autor de quo hoc dicam. *Si eam diligentiam operamque in veſtigandis Plantarum notionibus differentiiſque impendiſſet, quam in cumulandis Synonymiis adhibuit,*

hibuit, utilius profecto aliquid vitæ excogitaſſet, nec ſe, nec libellum ſuum tot & tam ſordis erroribus inquinaſſet.

Fol. 68. *poſt. lin.* 14.

BLATTARIA *Ceylanica* flore amplo coccineo *H. Med. Amſt. cum Icone. fol.* 12. *cap.* 6. At potiori jure, Alceis eſſe accenſendam putant *Obſervationum Autores*, qua propter à *Cl. Breynio* Alcea *Indica* lucido haſtato folio, flore Blattariæ phæniceo ritè nuncupatur.

BLITUM ſ. Atriplex Pes anſerinus dicta, latifolium majus ſpicatum, laceris laciniis. Atriplex ſylveſtris latifolia, *CBP.* 119. Atriplex dicta Pes anſerinus, *JB. Tom.* 2. 975. Chenopodium Pes anſerinus primus, *Tabern. Icon.* 427.

Biltum ſ. Atriplex Pes anſerinus dicta, laceris laciniis, latifolium minus ſpicatum. Bilto Pes anſerinus dicto ſimilis, Atriplex vulgaris ſinuata ſpicata, *D. Plot. Hiſt. Oxon. Raij. Synopſ. Stirp. Brit.* 64. Hanc quoque ſæpius ab *Ind. Or.* habuimus, & Saccaravettum *Malabarorum* nuncupatur, ubi benè coctâ pro cibo utuntur *Indigenæ.*

Blitum ſ. Atriplex Pes anſerinus dicta procumbens, folio virente lucido craſſo. Atriplex procumbens folio ſinuato lucido craſſo, *Moriſ. Hiſt.* 2. & *HRB.* 26.

Blitum ſ. Atriplex Pes anſerinus dicta, laceris laciniis latifolium majus, ſemine racemoſo. Atriplex dicta Pes anſerinus alter ſ. ramoſior, *JB. Tom.* 2. 976. Chenopodium Pes anſerinus ſecundus, *Tabern. Icon.* 428.

Blitum ſ. Atriplex Pes anſerinus dicta, Stramonij acutiore folio racemoſum. Atriplex ſylveſtris latifolia, acutiore folio, *CBP.* 119.

Ibid. poſt lin. 19.

Blitum Giganteum humiſternum ex *Prom. Bon. Spei.* in *Hort. Med. Chelſeiano* enutritum conſpeximus.

Ibid. ad lin. 26.

An Blitum minus album polyſpermon folio ſubrotundo, *Cat. Jam.* 49. Fortè Nexhoautli, *Mexicana Hernandez apud Recc.* 269.

Ibid. ad lin. 37. *adde.*

Lob. Adv. 453. Planta Petaſitidis folio, *Cap. Bon. Spei. ten Rhine Breyn. Cent.* 179.

Blitum unctuoſum perenne, foliis Ari modo alatis, *Bonus Henricus* vulgò, *Tota Bona* Spinachiæ facie *Lobelij*, &c.

Fol. 69. *ad lin.* 8.

An Kali fruticoſum *Hiſpanicum* Tamariſci folio, *Turnefortij Elem. Bot.* 213. Et fortè præcedentes portiori jure ad genera Kali nev ſcandæ ſunt.

Ibid. poſt lin. 36.

BRASSICA ſylveſtris ſ. Turritis *Mariana* Irionis *Apulæ* foliis, ſiliquis uno verſu, longâ ſerie dependentibus.

Fol. 70. *ad lin.* 4.

An Turritis pulchra nova, *D. Frederici Meyeri JB. Tom.* 2. 837.

Ibid. ad lin. 7.

Heſperidum inter ſpecies quoad *Turnefortium* adnumerari oportet, quia ad illarum proſapiam foliis floribus, ſiliquis appropinquat, cum propriè loquendo, flore duntaxàt Naſturtium referat.

Braſſica

Fol. 70. *poſt lin.* 7.

Braſſica alpina ſpuria minor Burſæ paſtoris folio ex *Virginia.*

Ibid. poſt lin. 16.

Braſſica ſpuria exilis ex *Ter. Marian* Bellidis minoris folio parvo non laciniato.

Ibid. poſt lin. 27.

BRUNELLA-mâjor *Mariana* flore amplo cæruleo. Prunella glabra flore cæruleo major *Baniſter Cat. Virg.* Eadem fortè cùm præcedenti.

Ibid. ad lin. penult.

Prunella Lithoſpermi minoris atrovirenti folio, amethyſtino flore pulcherrimo, *Cupani Hort. Catholic.* 32. ubi Synonymia ſunt malè ad habita.

Fol. 71. *ad. lin.* 2.

An Bryonia racemoſa foliis ficulneis, *Cat. Jam.* 106.

Ibid. ad lin. 9.

Et à *Clariſſimo Breynio.* Ubi ſuprà.

Ibid. ad lin. 17.

(i. e.) Radix *Caroli Sancti* foliis Lupuli, *JB. Tom.* 2. *fol.* 153. Carlo Santo *Monardes.* An Bryonia alba geniculata Violæ foliis, baccis è viridi purpuraſcentibus, *Cat. Jam.* 106.

Ibid. ad lin. 20.

Wild-Potato-Slip, (i. e.) Batata ſylveſtris aliquando vocatur. An *Hatle* radix in *Floridâ* ex cujus farina in annonæ penuria, panis fit, *Part.* 2. *Amer. CBP.* 91.

Ibid. ad lin. 33.

An Bryonia alba triphylla maxima, *Cat. Jam.* 106.

Ibid. ad lin. 37.

Bryonia alba triphylla geniculata foliis craſſis acidis, *Cat. Jam. ibid.* Ubi nimìs ineptè quærendum proponitur, an ſit Chàmædrifolia ſcandens claviculata & Corymbifera (corymboſa) *Jamaicenſ. Plukenet. Phytogr. Tab.* 81. *Satis enim ſupèrque ex eo apparet Autorem neſciviſſe de quâ plantâ ſcriberet, ac quidem, per totum iſtum Catalogum peccatum eſt toties, & tàm enormitèr, in apponendis Plantar. Synonymiis, ut quod ibi primum inter legendum occurrerit, ſummam ſapere videatur Tyronis alicujus Oſcitantiam.*

BRYONIÆ nigræ nervoſis foliis, ſubtùs cœſiis. *Virginiana.*

Bryonia *Africana* Hederæ folio parvo hiſpido.

Bryoniæ ferè foliis antagoniſtis, radice fibroſâ Caryophylli odore, Planta convolvulacea *Carolinienſis* in *Hort. Gulielm. Darby* apud *Hockſdon* hanc peculiarem plantam excultam invenimus.

Ibid. ad lin. 39. *poſt.* 192. *add.*

Chichiltic-Tepetlauchxochitl, *Hernandez apud Recc.* 368. Huic noſtro quibuſdam convenit, cæteris non.

Fol. 72. *ad lin.* 15.

Omphalôdes pumila verna Symphyti folio, *Turnefortij Elem. Bot.* 117.

BUGLOSSUM *Africanum* Echij folio, flore purpureo. An Bugloſſ. *Afric* Echij folio *Breyn. Faſc.* Echium Lycopſis facie *Africanum* erectum perenne, *PBP.* 332. Bugloſſum Echioides argenteum, floribus purpureis, *ex Promont. Bon. Spei.*

Bugloſſum Borraginis flore & facie *Æthiopicum*.

Fol. 73. *ad lin.* 5.

Et fortè Bugula *Hungarica* glabra, *Bocc. Muſ. Pl. pag.* 146. *Tab.* 112. & *Tab.* 129.

Ibid. poſt lin. 7.

BUGULA *Luſitanica* odorata *Cornut.* de *Pl. Canad. cap.* 20.

Ibid. ad lin. 10.

Matricaria *Pyrenaica* Buphthalmi folio, *Turnefortij Elem, Bot.* 394.

Ibid. ad lin. 20. *add.*

Si hujus color aureus floris non repugnaret.

Ibid. poſt lin. 30.

BUPLEURUM *Hiſpanicum* fruteſc. anguſtifol. *Sch. Bot.* 24.

Ibid. poſt. lin. ult.

Bupleuri anguſtioribus & gramineis foliis, Planta umbellata flore rubro monopetaloide, calyci trigonali ex involucro tomentoſo prorumpente innato, cauliculis ad nodos villoſis, *Prom. Bon. Spei.* Hæc eſt illa Perfoliato anguſtifolio montano *Colummæ* ſimilis Planta umbellifera nova, fructu triplici membranaceo, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Faſcic* 25. & ſub Graminis tomentoſi pumili falſo titulo exhibetur, *in Phytograph. noſtrâ Tab.* 339. *fig.* 5.

Fol. 74. *ad lin.* 10.

An Buxi folio majore acuminato Arbor baccifera, fructu minore croceo dipyreno, *Cat Jam.* 171.

BUXIFOLIIS Frutex *Africanus D. ten Rhine Breyn. Faſc.* 22.

Ibid. ad lin ult.

Quæ repetitur ſub titulo Dauci Siculi Paſtinacæ ſativæ foliis, *fol.* 129. Hujus *Almageſti.*

C.

Fol. 75. *ad lin.* 2.

ET multo accuratius, *Phytograph. Tab.* 326. *fig.* 4. Meſpilus *Americana* Alni vel Coryli foliis, fructu mucaginoſo albo, *Hort. Med. Amſt.* cum *Icone. cap.* 80.

Ibid. ad lin. 3. *poſt* 319. *add.*

Vid. *Phytograph. Tab.* 326. *fig.* 5. An *le Cormier D. Rochfort Hiſtorie des Antilles* 59. Sorbi ſpecies? Meſpilus *Americana* Laurifolia glabra fructu rubro mucilaginoſo, *Hort. Med. Amſt.* cum *Icone. cap.* 79. Maximo in errore de hâc plantâ verſatus fui, vel nominum ſimilitudine deceptus; Quapropter deleantur cætera hujus Paragraphiæ hoc loco, & quæ ſequuntur verba. An fortè Samaca, *JB.* & transferantur ad *Almag. Bot. append. fol.* 399. *ad finem lin.* 7.

Ibid. ad lin. 17.

Clinopodium perenne Pulegii odore, *Boccon. Muſ. Pl. pag.* 60. *Tab.* 45.

Fol.

Fol. 75. ad lin. 20.

Mentha Cataria *Hiſpanica* olim mihi Sideritis altiſſima flore ſubcæruleo & albo, *JB. Tom.* 3 226. Cataria Hiſpanica Betonicæ folio anguſtiori, *Turneforti. Elem. Bot.* 17. An Nepetha montana purpurea major ſparſâ ſpicâ, *Boccon. Muſ. Pl. Tab.* 36.

Ibid. poſt lin. 20.

CALAMINTHA *Mariana* mucronatis rigidioribus & crenatis foliis, floſculorum calyculis villis argenteis ſummo margine fimbriatis **Dittany**, (i. e.) Dictamnus vulgò vocatur. Chamædrys verna odoratiſſima, *Baniſt. Cat. Mſſ.* ab hâc haùd multùm diſcedit.

Ibid. ad lin. 27.

Hujus datur & altera ſpecies, aut ſaltem varietas grandiuſcula procumbens & omninò proſtrata.

CALENDULA *Africana* ſurrecta Roris marini foliis *ex Prom. Bon. Spei.*

Calendula numilis Africana Coronopi foliis hirſutis.

Calendula *Africana* procumbens, Hyoſeridis anguſtiſſimò folio glabro, ſeminibus Tordylii ampliſſimis. An Calendula *Afric.* fructu compreſſo rotundo max. *Breyn. Prodr.* 2. 24.

Calendulæ affinis folio Cotulæ *Africana.*

Fol. 76. ad lin. 2.

An Atlinam circinata, *Hernandez apud Recc.* 286.

Ibid. ad lin. 31.

Huic forſàn accenſeri meretur Tlallaala, *Nov. Hiſpan. Terentij apud Recc.* 419.

Ibid. poſt lin. 35.

CAMPANULA ſ. Rapunculus nemoroſus cæruleus Lamij folio, floribus ſpicatis minimis ex *Provinciâ Marianâ.*

Fol. 77. ad lin. 9.

Convolvulus ſaxatilis erectus villoſus perennis, flore ex albo purpureo, *Hiſpan. Bocc. Muſ. Pl. rarior. pag.* 79. *Tab.* 70. Convolvulus rectus villoſus argenteus anguſtiſſimo folio *ejuſd. pag.* 138. *Tab.* 96.

Fol. 77. poſt lin. 33.

Campanula lævis, ſive Rapunculus Pyramidalis minor, folio magis acuminato ex *Virginiâ.*

Fol. 78. ad lin. 14.

Hùc fortè ſpectar Mimiyca Huatzin, *Novæ Hiſpan. Terentij apud Recc.* 387.

Ibid. ad lin. 20.

Ad hoc genus referri poteſt Mihuiyctilmoyoye-Cuitlatonpit-Zochitl, *Novæ Hiſpan. Hernandez apud Recc,* 388.

Ibid. poſt lin. 30.

Campanula ſpicata minima floſculis elegantiſſimè rubris, longo tubulo donatis, *Prom. Bon. Spei à D. Stoneſtreet* habuimus.

Fol. 79. ad lin. 15. poſt 25. add.

Euphraſia fruteſcens Coridis folio, flore albo ſpicato, *Capit. Bon Spei. Breyn. Prodr.* 2. 46. ? Coridi ſimilis planta, *Capit. Bon. Spei.* flore odorato *ejuſdem Prodr.* 1.

Fol. 79. *ad lin.* 20.

Daphnoides (fortè) ſive Iſocinnamon, *Plinij Hiſt. Nat. lib.* 12. *cap.* 20. *Pimpiéri Sinenſium Cleyeri. de Simplic. Medicam. Chinenſ. pag.* 45.

Ibid. ad lin. 25.

Lè Baliſier de Rochfort, Hiſt. des Antilles 114.

Ibid. ad lin. 29.

Petits Baliſiers de fleures rouges du Tertre 126.

Ibid. ad lin. 39.

Hanc autem Arum eſſe velit *D. Sloan*, & fortè ita ſit; à quo nominatur Arum caule geniculato Cannæ *Indicæ* foliis, ſummis labris deguſtantes mutos reddens, *Cat. Jam.* 63. Cannæ ad ripas *fluminis Caurwo* Sacchari Cannis ſimiles Veneno-ſæ, & linguam ſuprà modum inflantes, & loquendi facultatem impedientes, *Laët. fol.* 646. At ab Aro cauleſcente Cannæ *Indicæ* foliis *Plumier* diverſam eſſe putamus.

Fol. 80. *ad lin.* 2. *poſt* 14. *add.*

Item Clematitis *Indica* ſeptima ſive Radix quædam in *Malaca* quæ adverſus Vulnera ſagittis toxico illitis facta, preſentaneum remedium eſt *Garcias, ejuſd. CBP.* 301. Cur autèm (inquit frater) non oſtendit ob quam cauſam Radicem hanc ad Clematitidem referat: Indicare debebat ſi Clematitis ſit appellanda, qua in parte aliquam cum eâ habet cognationem. Radix *Malaca* quædam toxicis ſagittis reſiſtens, *J. B. Tom.* 2. 173. Canna *Indica* radice alba alexipharmaca, *Cat. Jam.* 122.

Ibid. ad lin. 11.

An fortè Zinziberis genus, ſive Cardamomi. Herba *Wiapaſſa Part.* 8. *Ind. Occid. fol.* 108. *CBP.* 326. Idem eſt cum Cardamomo primo paginâ proximè ſubſequente in *Almageſto*, ut mecum exiſtimo.

Ibid. ad lin. 23.

Hujus Icon habetur in *Phytograph. Tab.* 273. *fig.* 3.

Ibid. poſt lin. 30.

CAPPARIS *Orientalis* ampliſſimis ſubrotundis foliis. Adundee *Malabarorum.* Capparis *Indica* ſpinoſa anguſtiori Salicis folio. Paulpronee *Malabarorum.* Capparis *Indica* ſpinoſa folio minore ſubrotundo brevi. *Gentilibus Indis* Nalauppæ, à *Malabareis* autem Mucotarre nominata.

Ibid. ad lin. 35.

Muladundee *Malabarorum.* Hùc fortè ſpectat Badukka, *Hort. Malab. Part.* 6. *Tab.* 57. Capparis arboreſcens *Indica* Badukka dicta flore tetrapetalo, *Raii Hiſt. Pl.* 1630.

Ibid. poſt lin. 37.

CARAMBOLA *Malabarorum* Tamaratonga, *Hort. Malab. Part.* 3. *Tab.* 43, 44. Errat *Caſparus Bauhinus in Pinac.* Ut rectè monet *Commelinus* quum Carambolos vocat Mala *Gænſia* fructu octangulari, Pomi vulgaris magnitudine; ſeductus nimirum illis, quæ de Octangulari horum fructuum figura, malè refert *Linſchotus.*

Carambola parva *Ind. Orientalis.* Billingbing *Bontij. lib.* 4. *cap.* 42. Bilimbi *Hort. Malab. Part.* 3. *Tab.* 45. 46.

Fol. 81. *ad lin.* 3.

Hæc Arbor ex quorundam ſententia *Gummi Gottæ* copiosè fundit.

Ibid. ad lin. 4. *poſt minore add.*

Cardamomum minus *Indianum* fructu in pedicula ad radicem racematim prodeunte. Cardamom. *Braſilian.* latifol. ſylveſtre Pacozeraco *Braſilienſibus* dicta *Piſonis*, & *Marcgr*, 48. *Breyn. Prodr.* 2. 107.

Ibid. ad lin. 9. *poſt longiore add.*

Cardamomum *Indinum* majus fructu è ſummo caule ſpicatim prodeunte.

Ibid. ad lin. 12.

Mala-intſchi-kua ejuſd. *Hort. Malab. Part.* 11. *Tab.* 14. haùd malè refert.

Ibid. poſt lin. 12.

CARDAMOMUM maximum *Ger. emac.* 1542. Melligette ſ. Cardamomum maximum & Grana *Paradiſi Park. Theatr.* Grana *Paradiſi Officina.* cujus folia ſub Melegueta in *Prodr.* deſcripſimus, *CBP.* 413.

Ibid. poſt lin. 27.

CARDIACA ſ. Leonuros *Inſulæ Johannæ* Stachydis folio craſſo & incano, floribus albicantibus villoſis.

Ibid. poſt lin. 30.

Cardiaca *Coromandeliana* Lithoſpermi anguſtioribus foliis, ex verticillis florum ſoboliſera.

Fol. 82. *ad lin.* 3. *vel.* 4.

Pro voce *annuus*, lege *Africanus.*

Fol. 83. *ad lin.* 2.

An Carduus mollis alpinus foliis elegantèr laciniatis, *Sch. Bot.* 214.

Ibid. poſt. lin. 34.

CARDUO-cirſium *Æthiopicum* Pulmonariæ *Gallicæ* rigidioribus foliis, capitulo ſingulari.

Ibid. poſt lin. 36.

Carduus *Virginianus* Cirſij foliis incanis, capitulo ſingulari.

Fol. 84. *poſt lin.* 6.

Carduus *Pyrenaicus* elegantiſſimus caule criſpo, *Sch. Bot.* 214. *in Horto D. D. Uvedale apud Enfeldiam*, Anno 1697. ſub finem Æſtatis, floribus ornatum conſpeximus.

Ibid. poſt lin. 11.

Deleantur hæc verba ſcilicet. Coral *de Bois Rochfort.*

Ibid. ad lin. 8.

Araboutan ſ. Pſeudo-ſantalum rubrum *Braſilienſe Jonſton. Dendrograph.* 456.

Ibid. ad lin. 11.

Wild Parſley, *noſtratibus* vulgò.

Ibid. ad lin. 12.

Muraçoottan *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 22.

Piſum cordatum non veſicarium, *Cat. Jam.* 111. ubi nimìs audactèr dubium movetur, an ſit Arbuſcula noſtra *Barbadenſis* amplexicaulis triphylla, Mail-elou *Malabaricæ* foliis tenerioribus, & petiolis alatis, *Phytog. Tab.* 145. cùm inter has plantas, nulla vel remota intercedat ſimilitudo.

Ibid. ad lin. antepenult. poſt fig. 6.

Hujus arboris baccæ in Phytogr. depictæ ſunt calycibus Orbatæ.

Fol. 121. *poſt lin.* 4.

CORNUS *Malabarica* foliis Nymphææ, *Raij Hiſt. Pl.* 1537. Tsjerou-punna, *Hort. Malab. Part.* 4. *Tab.* 39.

Ibid. poſt lin. 16.

CORU arbor pumila Malo aureæ ſimilis, floribus luteis *Acoſtæ. Aromat. cap.* 13. Coru *Canarica* Arbuti vel Malo aureæ ſimilis, *JB. Tom.* 1. *fol.* 89. *Luſitanis* Indiarum *Incolis* Herba *Malavarica* nuncupatur, quoniam (fortaſſè) *Malabarenſes* ejus uſum ad cujuſcunque generis dyſenterias curandas primò docuerunt: Coru arbor. **The Coſtive-Tree** of *Parkinſon*, 1663. Corutee *Malabarorum.*

Coru *Indorum* Mali aureæ foliis, floribus albis; Parencoruttee *Malabarorum.* An Mal-Naregam, *Hort. Malab. Part.* 4. *Tab.* 12. ſ. Malus limonia pumila ſylveſtris *Zeylanica, D. Herman. Commelin Not. in loc.* Hæc autem eſt de Pruniferarum cenſu. An fortè Coru ſ. Herba *Malavarica Garciæ ab Orto Hiſt. Pl. lib.* 2. *cap.* 7.

Coru *Indorum Limoniæ* folio grandioribus aculeis horrida. Perencalla *Malabareis.* Benkara (fortè) *Hort. Malab. Part.* 5. *Tab.* 35.

Ibid. poſt lin. 20.

CORYLUS *Indica* nuce majore, calyce magno calloſo, in plures lacinias diviſo, ſubtùs aſperâ hirſutie hiſpido. Avellana pumila *Byzantina Cluſ. Hiſt.* 1. *fol.* 11. Avellana peregrina humilis, fructu majore, *CBP.* 418. in *Muſæo Cortesiano* mihi primò conſpectus, *ab Ind. Or. allatus.*

Corylus *Virginiana* nuce parvo, rugoſâ ampliſſimâ ſede, cætero putamine, nigro, lævi.

Ibid. ad lin. 27.

Hanc verò Conyzam facit, *Cat. Jam.* 124. ubi ſub hoc titulo exhibetur, ſcilicet Conyza fruticoſa flore pallide purpureo, capitulis è lateribus ramulorum ſpicatim exeuntibus. Eſt mihi Arbuſcula baccifera.

Fol. 121. *ad lin.* 41. *poſt.* 1379. *add.*

Hoc autèm cum Crithmo ſuo maritimo flore Aſteris Attici, malè confundit, *Caſp. Bauhin. in Pinac.* 288. Cum inter Crithmum Chryſanthemum, & hoc noſtrum, plurimum eſt diſcrimini; noſtrum quoque multò eſt ignotius, & inventu rarius, Planta paucis obvia locis, & plurimis rei Herbariæ ſtudioſis hodiè dùm incognita.

Ibid. poſt lin. ult.

CROCUS *Æthiopicus*, anguſtioribus Siſynrichij foliis, flore ex albo & purpureo ſtriis aureis variegato, *ex Prom. Bon. Spei.*

Fol. 122. *ad lin.* 3 *poſt* 50. *add.*

An Cyanus arboreſcens Styracis folio *Africanus ejuſd Br. Cent.* 180.

Ibid ad lin. 10.

Carpakelegelepee *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 15.

Janapachidde *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. 15.

CROTALARIA Geniſtæ folio, & ſiliquâ ferrugineâ lanugine denſius villoſis. Janachidde *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 19.

A *Malabaricis* Vatakelugelepé, à *Gentilibus Indis* Gelakachittu nuncupatur.

Ibid. ad lin. 22.

Pſeudo-Lathyrus luteus hirſutus, ſiliquis tumentibus, continentibus duplicem ſeriem ſeminum, *Baniſteri. Cat. Virg.*

Ibid. ad lin. 24.

Pſeudo-Lathyrus luteus glaber, ſiliquis tumentibus duplicem ſeriem ſeminum continentibus. *ejuſd. ibid.*

Ibid. poſt lin. 30.

Crotalaria triphylla minor *Æthiopica* florè obſoletè purpureo.

Ibid. ad lin. 34.

Crotalaria trifolia fruticoſa, foliis rotundis incanis, floribus ſpicatis è viridi luteis, fructu pubeſcente, *Cat. Jam.* 141.

Ibid. ad lin. 36.

Geniſta *Malabarica* pentaphylloides, flore amplo aureo flaveſcente, ſiliquis bullatis *Commel. Not. in loc.*

Ibid. ad lin. 39.

Hùc fortè ſpectat Crotalaria trifolia fruticoſa, foliis glabris, flore è viridi luteo minore, *Cat. Jam. ibidem.*

Ibid. ad lin. 41.

Huic valdè ſimilis ex *Inſulâ Palmâ* nuper eſt allata plantula, cui nomen dedi *Polygonum* Serpylli foliis, ex adverſo binis, ſericeâ comâ candicante.

Fol. 123. *ad lin.* 4. *add.*

Vid. Fagaras.

Ibid. poſt. lin. 6.

CUCUMIS *Ægyptius* Chate *JB. Tom.* 2. 248. *ex Proſp. Alpino de Pl. Ægypt.*

Fol.

Fol. 123. *ad lin.* 15.

Poſt folio, addatur *molli*.

Ibid, ad lin. 18,

Cucumis Anguriæ folio latiore (aſpero) fructu minore candido, ſpinulis obtuſis muricato, *Cat. Jam.* 103. *Aſpero* autèm malè additur pro Epitheto, eſt enim folio molli.

Ibid. ad lin. 22.

A Præcedenti plurimùm diverſa. Cucumis minima fructu ovali nigro lævi, *Cat. Jam.* 103.

Ibid. poſt lin. 22.

Cucumis parvus *Marianus*. Bryoniæ albæ foliis minoribus polycarpos.

Ibid. poſt lin. 23.

Cucumis *Canadenſis* monoſpermos fructu parvo erinaceo, plurimis ſibi invicèm ſtelliformitèr conglomeratis. Sicyoides *Canadenſe* fructu echinato, *Turnefort. Elem. de Botan.* 86. *planch.* 28. Cucumis *Africanus* echinatus minor, Hyſtrix Vegetabilis vulgo, *Paradiſ. Batav.* 133. ubi Icon ſatis accuratè depicta eſt ſed deſcriptio minùs convenit, à proximè præcedenti (fortè) non diverſa.

Ibid. ad lin. 29.

Peapepingkai *Malabarorum*.

Ibid. ad lin. 41.

Momordica ſ. Charantia *Ind. Or.* fructu aurantio majore, oblongo, ſeminibus albis, *Breyn. Prodr.* 2. 73.

Cucumis puniceus *Indicus* ſubrotundis foliis, fructu pyramidali lævi, ſeminibus ad oras angulatis. Balſamina Cucumerina folio amplo, flore candido, fructu glabro, ex flavo rubeſcente, *Commelin. Not. in loc.* Padavalam, *Hort. Malab. Part.* 8. *Tab.* 15.

Cucumis puniceus *Africanus* Bryoniæ albæ foliis, ex *Promont. Bon. Spei*.

Cucumis *Indianus* minor, foliis Epimedij, floribus filamentoſis, ſemine albo undulato. Toti-pira, *Hort. Malab. Part.* 8. *Tab.* 17. Balſamina Cucumerina fructu viridi, ſtriis albis, *Commel. Not. in loc.*

Fol. 124. *ad lin.* 8.

Janipaba *Braſilienſium Piſonis lib.* 4. *cap.* 16. Ab hâc diverſa eſt, & fortè idem cum Panitsjika-maram, *Hort. Malab. Part.* 2. *Tab* 41. Quæ potiùs de Anonarum ſ. Meſpilorum Sappadilliæ dictorum genere eſt, ut mecum exiſtimo.

Ibid. poſt lin. 21.

CUCURBITIFERA arbor ſpinoſa foliis ferè Ficûs, fructu Pomi magnitudinè, & formâ; ſeminibus albis ſerie eleganti maſſulâ nigrâ, immerſis. Hujus fructum ex *Prom. Bon. Spei*. Secumadferebat perhumanus Vir Dominus *Jacobus Coningham. Scotiâ* oriundus, & Chirurgus peritiſſimus.

Ibid. ad lin. 30.

Ettee *Malabarorum*, Muttee-Chettu *Gentilibus Indis*.

Ibid. ad lin. 38.

Sed has duas licèt in diverſis & diſtantibus *Hort. Malabarici* locis, & pro diverſis illic exhibitas invenimus, ſi non prior, utpotè Arbor procera craſſa, & erecta, hæc verò inter Frutices ſcanſiles & Convolvulaceos, vicinas Arbores

amplexantes

amplexantes poneretur, utramque pro una eâdemque plantâ nos acciperemus. An hujus fructus grana sint idem cum nucula Taphet, *Herculis Saxoniæ JB. Tom.* 1 *lib.* 3. 341.

Fol. 124. *post lin.* 38.

Cucurbitifera Malabathri foliis scandens Catolongay & Contará *Philipinis Orientalibus* dicta, cujus Nuclei Pepitas de *Byssayas* aut Catbalogan & Fabæ *Sancti Ignatij* ab *Hispanis*; Igasur & Mananaog (i. e.) Victorioſi *Insulanis* nuncupati. Sive Nuces Vomicæ genuinæ *Serapionis P. Camelli.* Nucis Igasur ope *Insularum Indigenæ* ab omni contagio se immunes reddi existimant, Ita ut nunc demùm mirari desinam quâ gratiâ Electuarium de Ovo, quo olim *Maximilianus*, optimus & prudentissimis Imperator usus est, & quod tantoperè deprædicant adversus pestem, Nucem Vomicam recepisse quanquam propter hanc Nucem *Casparo Hofmanno de Medicam. Offic. lib.* 2 *cap.* 74. Totum fuit suspectum; precipuus enim hujus usus est in peste, quâ vulgo Incolæ etiam utuntur cùm adversùs omnis generis venena, tùm ad morsus Serpentium maximè noxiorum, aliorumque Virulentorum Animalium cùm intrò sumpta, tùm foris applicata. Vulgus etiam Igasur pro cælesti auxilio habet, ad cuncta absolutè corporis humani mala amovenda, nullâ habitâ temporis, morbi, ætatis, aut dosis ratione indifferentèr exhibet, & adhibet, miraculosque inde subsequentes effectus narrat. Immò *Ch. Mirales* in suis *Collectaneis* hanc nucem affirmat non tantùm virtutem habere depellendi corporis, morbos, sed Incantationibus Magicis & malignis Spiritibus speciali quadam oppositione resistendi; Quæ apùd *Plinium*, *lib.* 13. *cap.* 4. Videtur inter Palmæ fructus reponi. Cùm inquit, *Quibusdam osseum continetur lunatumque, dente contrà Fascinantes religione politum.* Nucis Igasur denique vires & virtutes tam Experientia sua, quam relatione acquisitas, nec non de variis *Indorum* aliorumvè Curiosorum & observationibus & Adnotationibus excerptas ac collectas ab eodem *P. Camelli* videsis in *Transact. Philosoph. Lond. edit. No.* 250. Quæ, si res verè & sine fuco narretur, ritè concludamus, Præstantissima Naturæ dona quoàd nos saltèm, sæpè latent in obscuro.

Cucurbitifera *Ind. Or.* Canellæ foliis lætè virentibus fructu minore. Nellawattachedde *Malabarorum.* Solanum arboreſcens *Indicum* foliis Napecæ minoribus, fructu rotundo duro, & semine orbiculari compresso minoribus, *Breyn. Prodr.* 2. 39. Scheru-catu-valli-Caniram, *Hort. Malab. Part.* 7. *fol.* 5.

Fol. 125. *ad lin.* 2.

Deleantur hæc verba *scilicet.* An Vengu *Sinensium Mart. Atl. Sinens. Lusitanis* Jamboa, vid. *Jonst. Dendr. fol.* 27..

Ibid. ad lin. 9. *post JB.*

Arbor ferens Sirifoles *Nierembergij* 315.

Ibid. ad lin. 12.

Valanya *Malabarorum* & interdùm Moellecruetto *Eorundem.*

Ibid. post. lin. 12.

Cucurbitiferæ trifoliatæ baccata similis Arbor *Ind. Orient.* Villevittree *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 13.

Tota linea expungatur,

Fol.

Fol. 125. *ad lin.* 15.

Vitex *Indica* foliis ſolitariis ampliſſimis, flore maximo, *Breyn. Prodr.* 2. 42.

Ibid. ad lin. 24.

In *Palma* quoque *Inſulâ* una ex *Fortunatis* oritur hæc arbos.

CUPRESSUS nana *Mariana* fructu cæruleo parvo.

Cupreſſus fæmina *Goenſis* rarioribus foliis viridibus, galbulo minore.

Cupreſſus *Goenſis* mas, foliis crebrioribus coeſiis.

Cupreſſus *Goenſis* confertiſſimis criſpatis foliis, circà virgulas triplici ſerie diſpoſitis. Nos enim commonefecit ex propria ſua Obſervatione *Reverendiſſ. in Deo Pater Henricus Compton Epiſc. Lond.* Has elegantes arbores non ad Cedros, nec Sabinas, ſed potiori jure ad Cupreſſorum genera referendas eſſe, vid. Sabin. *Almag.* An harum ſit Habhel fructus *Cluſ. Hiſt. fol.* 37. Niſi quis malit illum ad Ahoehoetl, ſ. Abietem *Mexicanam* minorem *Hernandez.* referre.

Ibid. ad lin. 35.

Ambaigtinga arbor de *Laet. Ind. Occident. lib.* 15. *cap.* 8. Et fortè Tzina Cancuitla Quauhitl, ſ. Arbor ferens Gummi, ſimile Stercori Veſpertilionum Laccifera, *Hernandez apud Recc.* 58. Quæ folio fert exilia pennas avium imitantia.

Cupreſſus nana compreſſis Taxi longioribus, & tenuioribus foliis, *Africana. Hort. Uvedalenſis*, ſub Chamæcypariſſi *Africanæ* titulo miſſa fuit.

Ibid. ad lin. 39.

De hâc plura *fol.* 379. Hujus *Almag. plant.* 7.

Fol. 126. *ad lin.* 4.

Poſt capſulis, *add.* velùt in veſicam.

Ibid. ad lin. 10.

Viſcum Caryophylloides tenuiſſimum, è ramulis Arborum Muſci in modum dependens, foliis pruinæ inſtàr candicantibus, flore tripetalo ſemine filamentoſo, *Cat. Jam.* 77. Ubi magno ſanè verſatur in errore hujus compilator, propterea quòd varia hoc in loco ſunt promiſcuè poſita.

Ibid. ad lin. 12.

An Cuſcuta inter majorem & minorem media, filamentis longis & fortibus, latiſſimè ſuper arbores vel campos ſe extendens, *Cat. Jam.* 85.

Ibid. ad lin. 14.

Cootan *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. 18.

CYANUS *Æthiopicus* rigidis capillaceis tenuiſſimis foliis trifidis ex *Promont. Bon. Spei.*

Cyanus ſpinoſus *Creticus Ponæ* vid. Stoebe.

Ibid. ad lin. 36.

Cynogloſſum max. *Virginianum.* folio aſpero viridi, flore parvo albicante.

Ibid. ad lin. 39.

Omphaloides *Turnefortij Elem. Bot.* 117.

Ibid. ad lin. 42. *& ult.*

Acaciis affinis arbor ſiliquoſa, folio ſubrotundo ſingulari, flore ſtamineo albido, ſiliquâ tereti, ventrioſâ, cujus interior tunica eſt mucoſa, & eleganter miniata, *Cat. Jam.* 153.

Fol.

Fol. 127. *ad. lin.* 2.

An Geratoniæ affinis arbor ſiliquoſa, Oleæ folio, flore tetrapetalo, albido, ſiliquâ tereti, ventrioſâ cujus interior tunica eſt mucoſa, & elegantèr miniata, *Cat. Jam.* 153. Ubi perperàm refertur ad noſtram Salicem folliculiferam, obtuſis foliis candicantibus, *Americanam:* Eo quod iſtis notis in deſcriptione reſenſitis, hujus folliculi neutiquàm reſpondent.

Ibid. poſt lin. 2.

CYNORYNCHIUM *Nov'anglicanum* Digitali accedens, Herba quadricapſularis, floribus albis, rectum caninum referentibus. **Dogs-Snout & Dogs-Mouth,** vulgò vocatum. Κυνορύγχιον. An Digitalis folio oblongo ſerrato, ad foliorum alas florida, *Cat. Jam.* 60. Huic forſàn Odel-Odagam, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 43. accenſeri meretur.

Ibid. ad lin. 6.

An potiùs Karij-Kandel ſ. Kanil-Kandel *ejuſd. Hort. Malab. Part.* 6. *Tab.* 33. *fol.* 59. An Mangle Lauroceraſi foliis, flore albo tetrapetalo, *Cat. Jam.* 156.

Ibid. poſt lin. 8.

CYPERUS Miliaceus ex *Provinciâ Marianâ* paniculâ villoſâ aureâ.

Ibid. ad lin. 14.

An Gramen Cyperoides minus ſpicis compactis ſubrotundis flavicantibus, *Cat. Jam.* 36.

Ibid. ad lin. 23.

An Cyperus maximus, paniculâ ſparſâ, foliacea, *Cat. Jam.* 35.

Cyperus *Indicus* paniculâ ſparſâ & ſpecioſâ. Milecorea *Malabarorum.*

Cyperus major *Virginianus,* ſummo caule elegantiſſimè paniculatus, foliolis ſurſum maximè elongatis.

Cyperus minor *Virginian.* panicularum ſpiculis lineis atropurpureis amænè ſtriatis.

Ibid. ad lin. 26.

An Cyperus max. paniculâ minùs ſparſâ ferruginea, capitulis compactis, craſſioribus, *Cat. Jam.* 35.

Ibid. ad lin. 30.

An Cyperus rotundis gramineus ferè inordus, paniculâ ſparſâ compreſſâ viridi, *Cat. Jam.* 35.

Cyperus *Americanus* paniculâ polydactyloide, ſtrigoſis ſpiculis, ex *Terra Marianâ.*

Ibid. ad lin. 44.

Margaritæ *Ægyptiæ Autore* libri *Ariſtotelis de Plantis ejuſd. Dalechampii* in *Plin.* Margaritæ Gingemicæ *Ebu Jezlæ,* quas Interpres non ſatis *Romanus* perlas Gingem appellat, & tubercula ſunt Cyperi Aſphodeloidis *Marantæ lib.* 2. de cognoſcend. *Simpl. cap.* 2. Aſſerente *Hieronymo Velſchio Epiſt. Joan. Matthæo Fabro* ad calcem *Strychnoman.* edit.

Fol. 128. *ad lin.* 32.

Axixzoca Huilizpatli Yanguitlanenſis, *Hernandez apud Recc.* 183. Adeò huic noſtræ conſimilis eſt, ut niſi floribus ab eà diſtaret, in illius ſpecies, nobis videretur referenda.

Fol. 128. *poſt lin.* 32.

CYTISUS *Africanus* anguſtifolius, ſericeâ lanugine argentatus, ſpicâ Lagopoide, ex *Prom. Bon. Spei.*

Ibid. ad lin. ult.

An Cytiſus *Hiſpanicus* ſiliquis Ornithopodij, *CB. Prodr.* 157.

Fol. 129. *poſt lin.* 6.

Cytiſus Lagopoïdes, hirſutis ſubrotundis foliis ſcabris, & punctatis, *Prom. Bon. Spei.*

Cytiſus ſpicatus foliis ſubrotundis denſis & piloſis, floribus purpureis parvis, *Prom. Bon. Spei.*

Ibid. ad lin. 11.

An Cytiſus arboreus foliis obtuſis glabris, foliorum pediculis alatis, *Cat. Jam.* 141. Mirè enim ludit *Natura* pro diverſâ ætate, in hujus foliorum varietate; Folia namque natu minora, ſunt multa majora, & pediculis plurimùm alatis ornata.

Cytiſus trifoliatus, Juniperinis foliis, floribus luteis, in ſpicam denſiorem adactis, *Prom. Bon. Spei.*

Cytiſo affinis, ſingularibus Juniperinis foliis, floribus luteis ſpicata, ex *Prom. Bon. Spei.*

Cytiſo affinis Arbuſcula *Monomotapenſis*, villoſis & ſericeis foliis, ſolitariis, grandioribus Myrti.

D.

Fol. 129. *ad lin.* 27.

EXhibetur quoque ipſiſſima planta, ad *fol.* 47. *Hujus Almageſti.* Sub titulo Cachryos *Siculæ*, ſemine fungoſo, ſtriato, lanuginoſo, *&c.*

Fol. 130. *ad lin.* 12.

Therionarcha *Cappadocica Plinij* putata, *lib.* 24. *cap.* 17.

Ibid. poſt lin. penult.

DENS LEONIS *Virginianus* Hyoſeridis minoris folio, radice bulboſâ.

DENTARIA triphyllos, *Cluſ. Hiſt. CBP.* 322. *Moriſ. Hiſt.* 2. 254. Coralloides enneaphyllos, *Cluſij JB. Tom.* 2 *fol.* 902.

Dentaria pentaphyllos *CBP. ibid.* Coralloides prima quinquefolia *JB. Tom.* 2. 900.

Dentaria heptaphyllos *CBP. ibid.* Coralloides altera ſive Septifolia, *JB. Tom.* 2. 901.

Aconiti Lycoctoni genus aliud *Dalechampij. Hiſt. Lugd.* 1744.

Ibid. ad lin. ult. add.

Siliquoſa. Huic fortè congener eſt planta, Aconitum Lycoctonum *Dodonæi ex Codice Cæſareo Hiſt. Lugd.* 1741. Et dici poſſit.

Dentaria peregrina, Urticæ facie ſiliquoſa, monophyllos.

Fol. 131. *poſt. lin* 4.

Dentaria *Virginiana* Naſturtij ſapore pentaphyllæa. De quo plura *ſis vide apud Append. hujus Almag. fol.* 400.

Ibid. poſt lin. 9.

DICTAMNUS *Æthiopicus* foliis Majoranæ, ſpiſſâ lanugine tomentoſis, odore ſuavi & aromatico, à *Reverènd. D. Stoneſtreet* habuimus. Neophytus quidam è noſtratibus, ſub titulo Amaranthoides, Polygoni folio hirſuto, Lupuloides, ex *Inſula Sanctæ Helenæ* exhibet; Quod ſanè in memoriam revocat querimoniam illam juſtam *Simonis Pauli Quadrip. Claſſ.* 3. *pag.* 25. Ubi dicit, qua *Parrheſiâ* nomina ſcilicet imponendi herbis, plerique Natarum *Maris Balthici Heſperiam* petentes quoque abutuntur, dùm Origanum *Heracleoticum* dictum appellant **Spanigben Hopffen,** ideò quod Verticillos aut conos inſtàr Lupuli ſalictarij ſquamatim compactos habeat; cæteroquin Lupulo hàud conveniens; inde concludamus: Nihil ſanè inſulſius videtur, quam omnem occaſionem in publicum prodeundi arripere, & vel nugis Venditandis famam aucupari; à quo quantum abſit Neophytus noſter, Centuriæ ſuæ teſtantur. Mihi nefas ſemper fuit conſpurcare chartas crudis quibuſdam & incertis Obſervationibus Plantarum, quarumque notitia vix unâ conſtet experientiâ: Mos iſte eorum eſt, qui ut alios præveniant, & famam Inventorum ſibi vendicent, temerario auſu diluta, atque ridicula proponunt, in quos convenit Poetæ illud,

Parturiunt Montes, naſcetur ridiculus mus.

Fol. 131. *poſt lin.* 11.

DIGITALIS *Mariana* ſerratis denſioribus rigidis & anguſtis foliis, ſemine Fegopyri triquetro.

Digitalis Verbeſinæ foliis, è regione binis *Americana*, capſularum apicibus longiſſimis filamentis donata; ex *Terrâ Marianâ*. Huic, ſunt capſulæ pyramidales longiſſimis filamentis in vertice inſtructæ, cùm ſpicâ florum Adhatodæ inſtàr compactiore.

Digitalis *Virginiana*, Panacis Coloni foliis flore amplo palleſcente. Digitalis flore pallidè tranſparenti, foliis & caule, molli hirſutie imbutis. *Baniſter Cat. Virginian.*

Digitalis *Virginiana*, Lyſimachiæ ſiliquoſæ foliis glabris, floribus amplis pallidis, propè ſummitatem caulis; Digitalis flore pallido tranſparenti, foliis glabris, *Baniſter. Cat. Virg.* Idem Neophytus nimis audacter has elegantes & verè capſulares plantas, Dracocephala improperat. Huic Claſſi & fortè ſpectat Bahel-tſjulli, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 87. Digitalis affinis *Indica* Blattariæ folio, flore rubicundo, *Commelin. Not in loc.*

Digitalis minor, luteo parvo flore, *CBP.* 244. in *Prodr.* deſcripta.

Digitalis major, luteo vel pallido parvo flore, *CBP. ibid.* Digitalis flore minore, albidiore, *Geſner Col.* à priore plurimùm diverſa.

Ibid. poſt lin. 13.

Digitalis lutea elatior, Jaceæ nigræ foliis, *Baniſter. Cat. Stirp. Virgin.*

Digitalis *Virginiana*, foliis Rutæ caninæ diviſuris, floribus amplis, ex luteo palleſcentibus.

leſcentibus. Fortè Digitalis lutea altera, foliis tenuiùs diſſectis, thecis florum foliaceis, *Baniſt. Cat. Virgin.*

Fol. 131. *poſt lin.* 15.

Digitalis *Virginiana* rubra, folio & facie Antirrhini vulgaris, fortè Digitalis rubra minor, labiis florum patulis, foliis parvis anguſtis *Baniſteri Cat. Virginian.* Huic etiam extrà dubium accenſeri meretur, Quauh-chilpan, *Nov. Hiſpan. Terentij apud Recc. fol.* 400.

Ibid. ad lin. 20.

An Doronicum integro & craſſo Hieracij folio, *Bot. Monſp. app. pag.* 294.

DORONICUM *Virginianum* majoribus nervoſis foliis ſubtùs incanis, ad marginem levitèr denticulatis.

Ibid. poſt lin. 27.

Doronicis affinis Planta *Mariana* Solidaginis *Saracenicæ* foliis, è regione binis, ampliſſimo melino flore, octopetalo.

Ibid. ad lin. 33.

Ab hâc noſtrâ equidem diverſa, quaproptèr & nobis collocetur *de novo*, Verùntamèn non eſt nova planta, ſi me, mea non fallit Autopſia.

Ibid. poſt lin. 33.

Doronicum *Pyrenaicum* Perſicæ foliis glabrum, *Sch. Bot.* Quod tamen intèr nondùm deſcriptas adnumerare non licet, cum jam exactiſſimè cognovi, hanc plantam, eandem eſſe Conſolidæ aureæ Nemorum, *Ponæ Hiſt. Lugd. lib.* 11. 1271. (i. e.) Virgæ aureæ magno flore, *CBP.* 268. Conſolidæ aureæ Nemorum, Limonij folio, *Adverſar. Lob. & Icon.*

Doronicum *Æthiopicum*, Jaceæ nigræ foliis, ſubtùs tomentoſis *Promont. Bon. Spei.*

Doronicum *Virginianum*, Valerianæ ſativæ foliis amplioribus.

Doronicis affinis petræa, Aſplenij foliis *Æthiopica.* Aſter vel fortè Doronicum ſaxatile folio Ceterach, *Capit. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. An Polypodium *African.* minimum, facie Ceterach, *PBP. Append.* de hac *vid. Almag. Bot. fol.* 336.

Doronicum pumilum, ſubrotundo folio, bulboſum, *Prom. Bon. Spei.*

Doronici (fortè) ſpecies pumilla, Auriculæ Urſi folio glabro, flore ſaturatè croceo, ex *Prom. Bon. Spei.* Rectius forſàn de Hieraciorum cenſu reputanda.

Little Grim the Collier.

Fol. 132. *ad lin.* 3.

Lepidum humile incanum arvenſe, *Turnefortij Elem. Bot.* 184.

Ibid. ad lin. 16.

Hæc planta quamvis annua dicatur *Lobelio*, & aliis, radix tamen hyemem perfert, & in plures annos durat, etiam poſtquàm ſemen dederit, ut rectè notat, *Celeberr. Rajus Hiſt. Pl.* 828. Qui tamen hoc in loco, & alibi, *viz. fol.* 840. ſub eodem titulo, aliam plantam capſulis monoſpermis, Myagri (fortè) alicujus ſpeciem, huic maximè diverſam, deſcribit, ut optimè ante nos animadvertit, *Clariſſ. Breyn. Prodr.* 2. 63.

Ibid. ad lin. 18. *poſt Chalepenſe add.*

Primis foliis minoribus, & ſerratis, ſecundis majoribus, & profundè ſinuatis, ſpiſſis, incanis.

E.

Fol. 132. *poſt lin.* 19.

EBENUS arbor *Ind. Orientalis*, Fagi amplioribus foliis, Anonæ dulcis fructu magno, coronato eduli. Tumbamaram & Carpamaram *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 27.

Aſpalathus arboreus, ſ. Pſeudo-Ebenus Buxifolio, flore luteo patulo, ſiliquâ latâ brevi chartaceâ, ſemen exiguum reniforme complectente, *Cat. Jam.* 130. Verum maximo in errore verſari hujus Autorem, vel rerum ſimilitudine deceptum, hoc loco ſcire oportet, ut ex ſtirpium ipſarum deſcriptionibus, differentiiſque cognoſcere licet. Sed admodùm quidem miratus ſum quod hæc non noverit *Sloanus*, cum tamèn is plus Botanices (ut audio) quam cujuſvis alterius *Medicinæ* partis profeſſorem ſe dicat; qui de hâc Plantâ, intrepidâ & conſtanti ſua aſſeveratione, nobis etiam errandi anſam præbuit, ex cujus confidentiâ liquet, quàm miſerè non rarò decipiamur, dum nudis Autorum verbis, fidem habemus, nec res expendimus ipſas. Quod & hoc in loco uſu venit, cum uni plantæ tribuitur, quæ alteri debentur. Lycio ſimilis frutex *Indicus* ſpinoſus, Buxifolio, *Breyn. Prodr.* 2. 65. *Hort. Medic. Amſtelod.* cum *Icone.* **Black-Thorn,** (i. e.) Spina nigra *Noſtratibus* vulgò.

Ibid. ad lin. 32.

Caunampoondoo *Malabarorum.*

Fol. 133. *poſt lin.* 3.

ECHINOPHORÆ affinis *Mariana*, Scabioſæ pratenſis folio integro, capitulo ſplendente, lævi, ſummo caule coronata. Idem fortè cum præcedenti.

Ibid. poſt lin. 9.

ECHIUM *Virginianum* foliis ſubrotundis aſperis *Malabathri* in modum, tribus nervis inſignitis.

Ibid. ad lin. 10.

Anchuſa maxima, Bugloſſæ minoris facie, *Capitis. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. 14.

Ibid. ad lin. 18.

Deleantur hæc verba, *an Echium Alpinum luteum CBP?*

Ibid. ad lin. 27.

Poſt flore, *add.* Siliquâ Lentis.

Ibid. poſt lin. 28.

ELATINES fæminæ affinis *Virginiana*, Moſchatellinæ foliis, flore flavicante.

Ibid. ad lin. 31. *poſt Avicen.*

Avicenna ſuo Garab eaſdem pene vires tribuit, quas Salici; Corticem ejus quoque in uſum venire ſcribit, & gummi quod inciſione effluit.

Ibid. ad lin. 33.

Rauwolfius enim ſcribit, Aphronitrum (Salem *petræ* vocant) optimum fieri igniario pulveri parando, quo in bellicis tormentis pilis excutiendis utuntur, ſurculos

los ſcilicèt extremos cùm foliis in cinerem comburi, affuſâque aquâ macerari, ſeparari, & multâ ebullitione coagulari; ſed pulverum illum noſtrati haùd æquivalere.

ELICHRYSUM *Africanum*, duriuſculis Plantaginis foliis glabris, & nervoſis. Chryſocome *Æthiopica* Plantaginis folio, *Breyn. Cent.* 143.

Fol. 134. *poſt lin.* 5.

Elichryſum *Æthiopicum*, foliis latioribus denticulatis, ſubtùs tantummodò la nuginoſis, floribus phœniceis. An Chryſocome *Africana* flore phæniceo, ſerratifolia, *Breyn. Faſc. Rarior.* 20.

Ibid poſt lin. 10.

Elichryſum Gnaphaloides criſpatis foliis *Monomotapenſe*. An Stæchas *Curaſſavica* latifolia incana, *PBP.* 379.

Elichryſum *Æthiopicum*, Stæchadis citrinæ ſylveſtrioris *Parkinſoni* foliis, capitulorum ſquammis amplioribus, ex argenteo ſplendentibus, ſummo caule glomeratis, *a Domino Stoneſtreet* accepimus.

Ibid. ad lin. 12. *add.*

Phytograph. Tab. 325. *fig.* 3. An Elichryſon, foliis Abrotani glabris *Cap. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. 43.

Ibid. ad lin. 17.

Vid. Phytograph. Tab. 328. *fig.* 1.

Elichryſum ſ. Stæchas citrina tenuifolia, maximè tomentoſa, ex Oris *Gaditanis.*

Ibid. ad lin. 20.

Fortè Chryſocome *Africana*, flore phæniceo, anguſtifolia, *Breyn. Faſc. rar.* 20.

Elichryſum *Æthiopicum*, tenuiſſimis Stæchadis citrinæ confertis foliis ramoſiſſimum, comis argonteis; fortè Chryſocome *Africana* flore albo, anguſtiſſimis foliis, *Breyn. Faſc. rarior.* 19. *à Dom. Stoneſtreet* habuimus.

Ibid. ad lin. 22.

Elichryſon *Creticum Matthioli. Hiſt. Lugd.* 777.

Elichryſon minus *Æthiopicum* procumbens, Serpylli folio candidiſſimo, tomento ſubtùs lanuginoſum, floſculis parvis, albis, in umbellam glomeratis.

Elichryſon *Æthiopicum* umbellatum, Chryſanthemi *Cretici* foliis minùs laciniatis; ex *Prom. Bon. Spei.*

Ibid. poſt lin. ult.

EPHEMERUM Phalangoides, Lilij convallij foliis ſcabris ex *Terrâ Marianâ.*

Fol. 135. *ad lin.* 4.

An Phalangium *Africanum* perfoliatum, *Breyn. Cent.* 180. Planta innominata prima, *Marcgr. fol.* 8.

Ibid. poſt lin. 6.

Ephemerum Phalangoides, Perſicariæ minoris folio *Virginianum.*

Ephemerum Phalangoides, Perſicariæ puſillæ folio *Gaditanum.*

Ibid. ad lin. 10. *poſt videtur add.*

An Periclymenum rectum herbaceum, Gentianæ folio, folij pediculò caulem ambiente, *Cat. Jam.* 115.

Fol. 135. *ad lin.* 23. *add.*

Phytograph. Tab. 174. *fig.* 2. Attamen *Hermannus in Paradiſo* ſuo poſt obitum edito, ejus *Prodromi* compilatori increpat, quod Graminis alicujus ſpeciem, ſub hoc titulo ibi propoſuit, proindè quod ipſemet ad Exemplur ſiccum à ſe *D. Sherardo* communicatum hoc loco pinxi, Graminis Dactyli ſpeciem eſſe, & non Ephemeri palàm agnoſcit, *pag.* 154.

Ibid. poſt lin. 28.

EPIDENDRON *Ind. Orient.* floribus ex alis in ſpicam, prodeuntibus. Cheddemeelchedde *Malabarorum.* An Cara-kandel, *Hort. Malab.* 6. *Tab.* 59. Ab hâc etiam Scheru-valli-Caniram, *ejuſd. Hort. Malabar. Part.* 7. *Tab.* 4. haùd prorſùs abhorret.

Ibid. ad lin. 30.

Non bene capio quid ſibi velit *Cl. Hermannus* vel ejus editor cum in *Paradiſo* ſuo *pag.* 152. Epidendro noſtro Ephemeri nomen me adſcripſiſſe dicit. Hujus equidem Iconem ex *Codice Comptoniano* exaratum habui, aſt nomen quod huic imponebam, fuit Epidendron, & non Ephemerum, nec Ephemeri nomine ullibi hanc plantam exhibuimus.

Ibid. poſt lin. 37.

EQUISETUM *Indicum*, manſu arenoſo ſimile, floreſcens. Vailumbaſh *Malabarorum.*

Fol. 136. *poſt lin.* 4.

ERICÆFORMIS ſuffrutex *Virginianus*, floribus exiguis, vaſculo ſeminali oblongo, trifariam diviſo.

Erica *Æthiopica* Roſmarini ſylveſtris folio, eleganter punctato ; flore purpureo tetrapetalo. An Erica Coris folio, *Æthiopica*, flore purpureo tetrapetalo *Breyn. Faſc. rarior.* 22.

Erica Roſmarini foliis incanis *Æthiopica*, floribus Arbuteis, magno calyce incluſis.

Erica Coris folio hiſpido Cerinthoides, *Africana*, *Breyn. Cent.* 5.

Erica *Africana* Coris longioribus foliis, Unedonis flore hirſuto, fuſco.

Erica *Africana*, parvis tenuiſſimis foliis, flore Arbuteo fuſco.

Erica ſpicata, floribus oblongis, ex carneo purpureis. An Iſta *Breyn. Cent.* 177.

Ibid. ad lin. 22.

An Ericæ formis ſuffrutex, flore elegantiſſimè rubro, *Breyn. Cent.* 178.

Ibid. poſt lin. 24.

Erica *Africana* Coridis folio, piloſa, floſculis minutiſſimis, purpureis, inter ramulos diſperſis.

Erica *Africana* tenuifolia, Unedonis flore, foliis longioribus, cauli appreſſis.

Erica *Æthiopica*, foliolis longioribus glabris, cauli appreſſis, floſculis aceroſis, & ſquammatis calycibus incluſis.

Erica *Æthiopica* incana, foliolis Laricis in modum confertis, plurimis ſtaminulis purpureis, pro floſculo, ex ſquammoſo calyce prorumpentibus.

Erica *Africana* erecta, tenuiſſimis foliolis, & caule elegantèr piloſis, floſculis rarioribus parvis, amœnè purpureis, inter foliola ſparſis.

Erica *Africana*, floribus perexiguis herbaceis, in ſpicam diſpoſitis.

Fol.

Fol. 136. *poſt lin.* 24.

Erica *Africana* hirſuta Thymi foliolis ternis, circà caulem ambientibus, floſculis ex carneo purpureis, ſtaminulis refertis.

Erica Serpylli hirſuto folio, pungente, *Africana*, flore purpureo pulchro. An Erica Serpylli folio *Æthiopica*, flore purpureo pulchro. *Breyn. Faſc. rariorum.*

Erica aculeata foliorum lanugine cinereâ, an? *ten Rhine Breyn. Cent.* 179. An hæc fortè ſit Tetralix *Athenienſium Plinij Hiſt. Nat. lib.* 11. *cap.* 16. Aliorum judiciis decernendum relinquo.

Erica capitata, ſ. nodiflora, Cupreſſiformis *Africana*. Cupreſſopinulus *Cap. Bon. Spei. Breyn. Cent.* 22. Erica florulentis capitulis albis, noduligera, *D. ten Rhine ejuſd. Breyn. Cent.* 179. Scabioſa *Africana* arboreſcens, ſeu Cupreſſopinulus, *Cap. Bon. Spei. Breyn.* Scabioſæ affinis, Arbuſcula *Africana* ericoides, ſphærocephalos, *Raij Hiſt. Pl.* 1444.

Erica capitata, ſeu nodiflora *Africana*, foliolis ad caulem arcuatis, floſculis ſtaminoſis. An Erica noduligera, capitulis hirtis, ex purpureo fuſci coloris, *D. ten. Rhine. Breyn. Cent.* 179.

Erica capitata, ſ. nodiflora *Africana* procerior, Corios grandioribus foliis, variè inflexis, propè ſummitatem ſurculi, in breviores ramulos divaricata.

Erica capitata, ſ. nodiflora, Corios foliolis rectis, *Æthiopica.*

Ibid. ad lin. 38.

An Micatlach-Pahoaztli, *Novæ Hiſpan. Terentij apud Recc.* 386.

ERIOCEPHALOS *Bruniades* Ericæformis, *Monomotapenſis*, capitulis globulorum inſtàr, interius cavis & denſâ lanugine tectis. An Erica arboreſcens, capitulis lanuginoſis, flore flavo, *D. ten Rhine Breyn. Cent.* 179.

Eriocephalos *Bruniades Æthiopica*, Corios tenuiſſimis foliolis, & caule piloſiſſimis, Suffrutex peramænus.

Eriocephalos *Bruniades Africana*, Lariceis argenteis, & ſericies foliis, capitulis. ſtaminibus refertis, globulorum inſtàr, interius cavis & denſâ lanugine tectis. Ingenioſus & perhumanus Vir *D. Alexander Brown*, rariſſimas has quæ novum Plantarum genus conficiunt, apud *Bonæ Spei* hujuſmodi deliciarum feraciſſimum *Promontorium*, propriâ manu collegit, & nobis amicè communicavit; Eaproptèr in Sempiternam ſui Nominis memoriam, *Bruniades*, pro harum Cognomine uſurpari placuit.

Ibid. poſt lin. 40.

ERUCA latifolia lutea, ſ. Barbarea minor anguſtifolia *Moriſ. Hiſt.* 2. 230. Eruca ſ. Barbarea perennis, ſemine craſſiore *ejuſd. H. R. Bleſ.* 71. Eruca Barbareæ æmula major, *ejuſd. Prælud. Bot.* 263. An Eryſimo ſimilis, Herba Sancti *Alberti*, *J. B. Tom.* 2. 862. Eryſimo ſimilis, lævis, laciniata floribus luteis, *CBP.* 101.

Eruca *Salemitana* ſaxatilis, laciniato lanceolato folio, *Cupan. Hort. Cathol. pag.* 69.

Eruca *Salemitana* Iberidis folio, *Cupani. Hort. Cathol.* 70.

Fol. 137. *ad lin.* 22.

An fortè Eryngium minimum trifidum *Hiſpanic.* & *Italicum*, *Bocc. Muſ. Pl. pag.* 81. *Tab.* 71.

Fol.

Fol. 137. *ad lin.* 28.

Eryngium foliis anguſtis ſerratis fætidum, *Cat. Jam.* 127. Qui eadem facit cum præcedenti, ſed perperàm.

Ibid. poſt lin. 40.

ERYSIMUM latifolium hirſutum, ſ. Irio *Æthiopica*, ex *Promont. Bon. Spei.*

Fol. 138. *ad lin.* 13.

An Herba Mora *Italorum Hiſt. Lugd.* 1338.

Ibid. poſt lin. 15.

ERYTHROBULBUS Hellebori albi plicatis foliis; **Red-bulb** (i. e.) Bulbus rubeatus *noſtratibus* dictus, *Hort. D. Uvedale.* An fortè Ocoloxochilt *Mexicenſium*, ſ. Flos Tigridis *Hernandez apud Recc.* 276. Fortè etiam Flos Spiritûs Sancti, *PBP.* 335.

Ibid. ad lin. penult. poſt 1804 *add.*

An Pſeudo-Santalum album, *CBP.* 393. Lignum Sambarane, Santalo albo perſimile, *Garciæ.* Sambarane *Acoſtæ.*

Fol. 139. *ad lin.* 5.

Euonymus *Pannonicus* prior, ſ. latifolius, *Cluſ. Hiſt.* . . .

Ibid. ad lin. 12.

An Frutex *Æthiopicus*, foliis Alaterni, *Breyn. Faſc.* 22.

Ibid. ad lin. 16.

Barbadenſibus noſtratibus, **Shag-barke** nuncupatur, an Trachylepos altera *Americana*, foliis longis mucronatis, *Phytogr. Tab.* 230. *fig.* 7. Huic convenit? Necnè, Inquirendum propono.

Ibid. ad lin. 21.

An Euonymus *Novæ Belgiæ*, Corni fæminæ foliis *Hort. Med. Amſt. cap.* 86. *cum Icone.*

EUONYMUS *Virginiana* Teucrij foliis.

Euonymus *Æthiopicus*, Roriſmarini foliis, ſeminibus atronitentibus.

Euonymo affinis *Africana*, Myrtyli foliis grandioribus, ad imum petiolum noduligera.

Ibid. poſt lin. 21.

Euonymus *Marianus*, Loti arboris folio, fructu parvo tcicocco. Spirææ Theophraſti ſimilis Frutex *Indicus*, *Phytogr. Tab.* 63. *fig.* 2. Huic maximè convenit, Utræque tamen foliorum formâ à præcedenti plurimùm diſcrepant.

Ibid. ad lin. 36.

Paliurus *Africana JB. Tom.* 1. *lib.* 6. 37. *Cordus* etiam apud *Dioſcoridem* ſcribet, Variam eſſe apud *Autores* Paliuri hiſtoriam, & in tantâ varietate quicquàm indicare, temerarium fore.

Fol. 140. *ad lin.* 3.

Deleantur hæc verba, *viz.* An Ibiraeé *Braſilienſibus Marcgr.* 101.

Ibid. ad lin. 9.

Damor *Sinenſium*, ſ. Aniſum *Indicum* ſtellatum, *Park. Theatr.* Zingi fructus ſtellatus, ſive Aniſum *Indicum*, *JB. Tom.* 1. *lib.* 4. 485. Badjany *Sibariæ*; Cardamomum *Siberienſe Patavinorum P. Amanni Hort. Boſian.* pag. 6. Fœniculum *Sineaſe*, *Franciſc. Redi Experim. Nat.* 172.

Fol.

Fol. 140. *ad lin.* 14.

Eupatorium (fortè) *Americanum*, Enulæ folio minus, *Breyn. Prodr.* 2. 44.

Ibid. poſt lin. 14.

EUPATORIUM Salviæ folio triphyllon, capitulis amœnè purpureis ex *Provinciâ Marianâ.*

Ibid. ad lin. 18.

A *Nov'anglicanis* noſtratibus Thorow-leafe nuncupatur.

Ibid. poſt lin. 19.

Eupatorium *Marianum*, longiſſimis acuminatis foliis, non perfoliatum, floribus albicantibus.

Ibid. poſt lin. 23.

Eupatorium *Marianum* Scrophulariæ foliis, capitulis globoſis, colore cæleſtino.

Ibid. ad lin. 25.

Conyza *Americana*, Urticæ folio, flore albo, *Turnefortij Elem. Bot.* 361.

Eupatoria *Africana* graveolens, Rapiſtri aquatic. *Tabernæmont* foliis, floribus purpureis. In *Horto Med. Chelſeiano*, ex ſeminibus enutritam, obſervavimus.

Ibid. poſt lin. 29.

Eupatorium *Marianum*, Virgæ aureæ foliis, floribus aureis umbellatis.

Eupatorium *African.* Agerato affinis *Peruvianæ* foliis *Almag. Bot. Append.* 400. Nobis etiam adfertur, ex *Terrâ Marianâ*, foliis alternatim poſitis.

Eupatorium *Marianum*, Agerato affinis *Peruvianæ* foliis, binis ex adverſo ſitis, floribus oblongis.

Ibid. ad lin. 31.

Expunge Synonymium ſequens, *viz.* Serratula *Nov'eboracenſ.* folio levitèe crenato, molli, ſubincano, *PBP.* 375. Quia huic noſtræ, adſcriptio non placet *Hermanno vid. Paradiſ. Batav.*

Ibid. ad lin. 37.

Fortè etiam Yztac-cococ-tlacotli, *Nov. Hiſpan. Terentij apud eundem Recc.* 450.

Ibid. poſt lin. 37.

Eupatorium Conyzoides, ſ. Baccharis *Africana* Raphani aquatic. ſ. Verbeſinæ foliis lætè virentibus, capitulis bullatis albis, ſummo caule glomeratis, *Hort. D. Uvedal.* Hujus eſt Indolis Quaxoxouhqui, *Novæ Hiſpaniæ Terentij apud Recc.* 406. ſ. Eupatorium *Mexicanum*, Solani veſicarij pallentibus foliis capitulis ſummo caule glomeratis. Hùic etiam ſpectat Cihoapatli-Xantetelco, *Nov. Hiſpan. ejuſd. apud eund.* 370.

Ibid. ad lin. 39.

An Conyza major odorata, ſ. Baccharis floribus purpureis nudis *Cat. Jam.* 124.

Eupatorium Limonij foliis humile, albicante pappo, *Monomotapenſe.*

Eupatorium Circææ foliis incanum, purpuraſcente pappo, ex *Inſula Johannâ.*

Eupatorium *Coromandelianum*, palleſcentibus foliis Alaterni.

Ibid. poſt lin. ult.

Eupatorium *Marianum*, Jaceæ vulgaris folia integro, Baccharidis facie, amplioribus capitulis aureis.

Eupatorium *Marianum*, Hieracij *Sabaudum Lobelij* foliis dentatis, & aſperis.

Fol.

Fol. 141. *ad lin.* 9. *poſt Fratrem.*

Et rectiùs forſàn inter Conyzas adnumeranda, ut velit *Hermannus* in *Paradiſ. Batav.* Qui iterúm negat eandem eſſe cum Virgâ aureà, latiſſimo folio *Canadenſi* glabrâ, *Sch. Bot.* 201. idque rectiſſimè, ideòque repudiatur Synonymium hìc & in *Phytogr. noſtrâ Tab.* 235. *fig.* 4. ſub proprio titulo, videſis *Iconem*: At prioris Synonymij loco inſeratur, Conyza (fortè) prælta, odorata, alato caule, capitulis barbatis, Baccharis *Monſpelienſis* æmulantibus, *Boccon. Muſ. Plantar. rar. pag.* 168. *Tab.* 121.

Ibid. poſt lin. 10.

Eupatoria Jaceoïdes ex *Terrâ Marianâ*, quæ re verâ eſt, Jaceæ & Serratulæ affinis, capitulis Baccharidis, *Breyn. Prodr.*

Eupatorium Aquilegiæ foliis, *Malabaricum*, flore purpureo. Puam-Curundala, *Hort. Mal. Part.* 10. *Tab.* 64. Conyza affinis *Malabarica*, Aquilegij folio, flore purpureo, *Commel. Not. in loc.*

Ibid. poſt lin. 18.

Eupatorium Rapiſtri arvenſis folio, capitulis parvis, *Coromandelianum*, pappo candidiſſimo.

Eupatorium *Americanum* tomentoſum, Lychnidis coronariæ folio, & facie, flore albo, *Breyn. Prodr.* 2. 24.

Ibid. poſt lin. 21.

Eupatorium Conyzæ minimæ foliis rigidioribus, capitulis parvis *Coromandelienſe.*

Ibid. ad lin. 28.

Hujus & altera datur ſpecies, aut ſanè varietas, *Provinciæ noſtræ Marianæ apud Indos Americanos* alumna, foliis anguſtioribus, circa caulem ad intervalla confertis, caule magìs ramoſa & floſculis minutioribus.

Ibid. poſt lin. 28.

Eupatorium Ericoides, *Capitis Bon. Spei. Breyn. Cent. fol.* 140.

Ibid. ad lin. 31.

Eſt flore purpureo; An Civapatli-Yacapichtlenſis, Conyza *Mexicana Hernandez. apud Recc.* 157. Et ſi non ſitus foliorum obſtaret, eandem eſſe putarem, cum Tzazalicpatli, *Nov. Hiſpan. Terentij apud eund. Recc.* 434. An fortè Serratula *Nov' Eboracenſis* maxima, foliis longis ſerratis, *Catal. Plantar. ad calcem Paradiſ. Batav. à Sherardo edit.*

Ibid. ad lin. 33. *poſt dicta, add.*

Et aliquando **Chriſtmas-flower**, noſtratibus, nuncupatur. Axixpatli *Hernandez fol.* 233. haùd multùm abludere videtur. An Conyza fruticoſa, folio haſtato, flore pallidè purpureo, *Cat. Jamaic.* 124. Item Conyza Urticæ folio, *ejuſd. ibid.*

Ibid. poſt lin. 36.

Eupatorium *Indicum*, folio Lampſanæ modo diſtincto, flore minori. Eltaneecoondo *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. penult.

Cui affinis eſt Yxtomic-Xihuitl, ſeu lanuginoſa herba ejuſd. *Hernandez ibid.*

Fol.

Fol. 142. *ad lin.* 7.

An Scabiosæ affinis anomala sylvatica, Enulæ folio, singulis floseulis albis, in eodem capitulo perianthia habentibus, semine papposo, *Cat. Jam.* 127.

Ibid. post lin. 18.

EUPHRASIA magna, serratis rigidis foliis, flore purpureo, *Marilandica.*

Euphrasia major *Mariana* floribus spicatis amplis, tubis longioribus, summis oris profundè incisis. Sive Euphrasia rubra, *Terræ Marianæ*, palustribus gaudens grandiflora.

Euphrasia Alsines majori folio, flore galeato, purpurascente, Cimices sylvestres gravitèr olens, ex *Ind. Orientali.* Mucoorundee *Malabarorum.* Hùc fortè spectat Cara-Caniram, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 56.

Ibid. ad lin. 28.

Codasallee *Malabarorum. Insigne Tranmaticum habetur.*

Ibid. post lin. 32.

Euphrasia *Æthiopica* Drabæ foliis, summis oris floseulorum, altiùs divisis.

Ibid. ad lin. 38.

Hùc fortè spectat Kalu-polapen, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 66. Quanquàm, *Commel. supr. loc.* Hanc plantulam ad Sedi genus, adhibendam statuit.

Euphrasiæ affinis *Æthiopica*, Abrotani campestris folio, cauliculis subrubentibus.

Euphrasiæ affinis aromatica, pusilla planta, floseulorum labiis latis, & promissis, ex *Insulâ Johannâ.* Marrepunde *Malabarorum*, cui seminalis est Capsula membranacea. An fortè Antirrhini affinis pusilla planta, foliis scabris *Maderaspetana*, *Almag. Bot.* 34. An Kalu-polapen, *Hort. Malab.* ut *anteâ.* Hùc fortè quoàd flores saltèm, & vascula seminifera, nimirùm Plantarum partes magis essentiales (ut loqui amant nostri Methodistæ) pertinet Pee-Tsjanga-puspam, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 55. Et nuncupari possit Euphrasiæ affinis, *Indica*, Veronicæ foliis, floseulorum labiis longè promissis.

Euphrasiæ affinis fruteseens Chamædrifolia, profundiùs denticulata, ex *Promont. Bon. Spei.*

Euphrasiæ affinis *Africana*, Pedicularis folio villoso, floribus prælongis tubulis, profundè labiatis, donata. Huic congener est Pul-colli, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 69. Et nominari possit, Euphrasiæ affinis, foliis oblongis cuspidatis, subtùs villosis, promissis floseulorum labiis, tridentatis.

Euphrasiæ affinis *Virginiana*, Lysimachiæ spicatæ purpureæ foliis lanuginosis, floribus in summitate caulis.

Euphrosynes facie, an Sideritidis æmula, *Ind. Orient.* Kainepu *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. ult.

Nella-mulle *Malabareis* nuncupatur.

Fol. 143. *ad lin.* 2.

An fortè Embira *Brasilienssium*, & Pindaiba *Pisonis*, *lib.* 4. *fol.* 144. Zanthoxyli aculeati Fraxinei nostri, fructus genuinus, (qui enim adpicti hujus ramulo, *in Phytogr. Tab.* 239. *fig.* 4. *extant*, sunt fructus proximè subsequentis, *in Almagest. fol.* 396.) cùm magnitudine, tùm formâ, tùm corticalis ejus partis aromaticitate, & colore, adeo, similis est ei, quam Fagaram minorem appellat, & depingit *J. Bauhinus*, *Tom.* 1. 350. Ut nihil aliud esse pronunciare, jàm ausus sim.

F.

Fol. 143. *post lin.* 7.

FAGUS *Mariana* Carpini rugosis foliis apud Collectaneas, *D. Ayré.* A Carpino *Virginianâ* nostra floreſcente, *Phytograph. Tab.* 156. videtur differre.

Ibid. ad lin. 11.

Buch-Wheat, nostratibus vulgo **Beucke-Wheat, or Beech-Wheat,** *Skinner. Etymologic. Botan.*

Ibid. ad lin. 14.

An Fegopyrum Scandens, ſ. Volubilis nigra major, flore & fructu membranaceis, ſubrotund. compreſſis, *Cat. Jam.* 46.

Ibid. post lin. 14.

FAGOTRITICO ſimilis anguſtiori folio, Convolvuli modo ſcandens, Planta *Mariana,* caule ſpinulis deflexis denſius obſito.

Ibid. ad lin. 25.

Lotus enneaphyllos, *Dalechampij Hiſt. Lugd.* 510. Securidaca enneaphyllos, ſiliquis in ſummitate, *Moriſon. Hiſt Oxon.*

Ibid. ad lin. 35.

Libanotis Ferulæ folio, & ſemine *Italica, Boccon. Muſ. Plant. rarior. pag.* 117. *Tab.* 123.

Fol. 144. *ad lin.* 8. *poſt* 79. *add.*

Fortè Olus-atrum *Africanum, ejuſd. Breyn. Faſc.* 24.

Ibid. ad lin. 11.

Ut & Cayolpatli *Mexicenſibus ejuſd. fol.* 199. An Arbor *Africana* myrrham fundens *Jubæ* regis *Mauritaniæ, apud Plin. lib.* 12. *cap.* 15. Cui, folia ſunt Oluſatri aut Leviſtici ſimilia.

Ibid. poſt lin. 16.

FICUS ſylveſtris, ſ. Caprificus Papaiæ foliorum æmula, ſegmentis denticulatis, *ex Angola* nupèr alata eſt.

Fol. 144. *ad lin.* 22.

Deleantur hæc verba, Ficus *Indica* Tiliæ foliis, &c. Et totus *Paragraphus,* cujus loco ſubſtituantur quæ ſequuntur Verba, ſcilic. De hâc Arbore me deceptum fuiſſe libentèr agnoſco, & verbis oſtendere vix queam, quàm mihi gratum eſt, & quàm maximè gaudeo, quod opportunitas nunc datur ad hoc locum reſtituendum: Errandi nobis dedit occaſionem, mala & promiſcua aliquot Exemplarium ſtirpium, ex Inſulâ *Barbadenſi* advectorum Collocatio; ubi Ficus exiguus, qui proximè ſubſequentis in *Almageſto* Plantæ fuit fructus legitimus, hujus ramulo incuriâ Colligentis adjungebatur; In verticè quoque ſurculorum, Conus oblongus & argenteus emergit, inter folioſa involucra, foliæ novella argentea recondens, quod & omnibus hujus proſapiæ ſ. Ficum ſpeciebus eſt commune. Ab iſto

isto autèm tempore quo *Almagestum* edidi; hujus semina cum ramulis optimè asservatis, ex *eâdem Insulâ*, nobis sunt allata, quibus certior factus sum, inter Malvacearum genera hanc Arborem reponendam fore; & nominari mereatur. Malva arborea *Indica* Abutili foliis argentea, sub externo cortice tænidiophoros, & summis ramis radicosa. Mahot arbor *Caribana D. Rochfort.* *Virginiensibus* nostratibus, **The Riband-Tree**, & interdùm **Lace-Tree**, & **Basse-Tree**, nuncupatur. Vid. *Almagest. Botan. fol.* 41. & *Barbadensibus Anglis* **Broad-leav'd Mangrove**. Hæc forsitan & non Ceratia agrestis, (ut semèl putavi) est illa Camatotoncopatli, *Nov. Hispan. Terentij apud Recc. fol.* 360. Tàm facilè decipimur in Simplicium cognitione; Sed labi humanum est, quod mihi si aliquotiès, usu venerit hoc opere, ut culpam libens fatebor, ita non illibentèr castigationem recipiam, ut Posteri meo errore etiam meliùs sapere, & aliquid veritatis discere valeant; Homo enim sum ipse & errori obnoxius, utcunque ex natali constitutione, Veritatis Indagator studiosus, utpotè illius unicè amans, semper mecum recolens Sapientissimum istud *Plutarchi* effatum *Opusc. de Isid. & Osyrid.* ubi monet. Omnia bona à *Deo* petenda esse, sed præcipuè *Veritatem* quod nihil homo accipere grandius, vel largiri *Deus* ipsâ possit augustius; Cætera enim (inquit) *Deus* hominibus quidem quorum sunt indigi donat, Hanc posidet ipse peculiarem, eâque utitur. Ideoque mallem justè redargui, quàm fallere, vel erroris causa esse, cum etiam errando Veritatem quæsierim, Nostra tàm perversè non amamus, ut errorem aliis imputare malimus, quam innotescere, quod eremus.

Fol. 144. *ad lin. antepenult.*

Ficus arboresc. *Bengalensis*, folio subrotundo, fructu orbiculato, Pipal *Bengalensibus*, *Hort. Beaumont. Hort. Med. Amstelod.* cum *Icone* artificiosissimè sculptâ, *cap.* 62.

Ficus *Ind. Orient.* Obe vulgo Junioris folio, flore albo tubuloso, sericeâ lanugine obsito, fructu orbiculari. Panneermaram *Malabarorum.*

Fol. 145. *post lin.* 2.

Ficus *Indica* Mali Limoniæ folio, subtùs canescente, fructu exiguo, cortici adnato; Sunutperai *Malabarorum.* Tsjela (fortè) *Hort. Malabar. Part.* 3. *Fol.* 85. *Tab.* 63.

Ficus *Indica*, subrotundis Coccigriæ densioribus foliis, fructu parvo, è regione binato; Callerelle *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 29.

Fructuum etiam curvitate, à præcedenti discrepat.

Ibid. ad lin. 34. *post* 474. *add.*

Pappaichedde *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. penult. post Antilles add.

An Hezmaytl, *Nov. Hispan. Terentij apud Recc.* 377. Hujus sit novella planta; inquirendum propono.

Fol. 146. *ad lin.* 3. *lege.*

Utræque sortiebantur in *Tabulis nostris Phytographicis.*

Ibid. ad lin. 9.

An Yaruma de *Oviedo*, Jaruma *Martyr. Lopez* de *Gomara fol.* 33. *de Thevet. Cosmograph.*

mograph. 985. *Nieremb.* 330. *Jonst. Dendr. fol.* 56. Ambayba *Brasilianorum ejusd. Cat. Jam.* 45. Ast Jaruma *Nieremberg. lib.* 14 *cap.* 104. & Ambayba *Brasilienſium Laetij Ind. Occ. lib* .15. *cap.* 8. *apud Johnſtonum* ſunt Arbores diverſæ, & in diverſis locis proponuntur, ut cuivis patet in *Dendrolog. fol.* 54. & *fol.* 58. Unam vero & eandem facit, *Cat. Jam. ubi ſuprà.*

Fol. 146. *ad lin.* 37. *poſt fig.* 2. *add.*

Nondùm editi.

Ibid. ad lin. 41. *add.*

Aliàs Metagueſunaux, hujus Arbores Toona's, ab *Hiſpanis* nuncupantur, *Dampier pag.* 229.

Fol. 148. *ad lin.* 9.

An Pitahaya, quæ Saxorum ſciſſuris naſcitur, *Nieremberg. Exot.* 326. *Jonſt. Dendr.* 32. *de Laet. fol.* 389. Carduus Pitahaya *Americanorum*, cujus fructûs Iconem *Parkinſonius noſter ex Oviedo* depingit, *fol.* 1628. Carduus Pitahaya fructum ferens, *Hiſt. Lugd.* 1442. *JB. Tom.* 3. *lib.* 25. *fol.* 94. Carduus ſpinoſiſſimus brachiatus, ex *Hiſpaniolâ*, *CBP.* 384.

Ibid. ad lin. 12.

Fortè Cahajaba *quibuſdam*, Mippi vocatur, *Johnſt. Dendrolog.* 58. Mippi nonnullis *Indis* Cajahaba *Cluſ. Exot. lib.* 4. *cap.* 14. *fol.* 86. Mippi nonnullis *Indis.* Cajahaba, quæ Oſſium fracturis aligata, ea ferruminare ſolet, *Cluſio CBP.* 458. Cereus ſerpens Ἐλιόφυγας, ſ. Solfuga, eò quòd non niſi à Solis occaſu, uſque ad ortum ejus, hæc floreat planta, interdiù verò minimè: Hujus flos ſtupendæ pulchritudinis, noctu dùm expanſus eſt, flagrantiâ odoris quemque rapiat; Miſophœbus, & Noctiluca dici poteſt, quæ flore ſuo immaculati candoris, ampliſſimâ triplici radiorum ſerie, auro fulgenti, tanquàm gloriâ, circumcincto, magnâ in orbem expanſione, alterius inſtàr Solis, mediis in tenebris lucet, at diurno tempore, illucenteque Solis jubare, penitùs obliteſcit; Arboris inſtàr triſtis per diem, quæ occidente ſole floret, Oriente defloreſcit, ac ſi Soli irata & ἀλύτιπασθῆς. Sub exitum Menſis Julij in *Hort. Reg. Hamptoniæ.* Ejus flores veſperi dehiſcebant, totâ nocte hiantes manent, ſummo mane clauduntur, nec ampliùs aperiuntur, ſed flacceſcunt, ſtatimque Solis præſentiâ evaneſcunt; Influxum enim illucentis Solis adeò aſpernari videtur, ut Ἐλιοκαταφρόνητος nominari meretur. Hujus Flos in *Phytobiblià* noſtra ſervatur.

Oſten lunt terris hunc tantùm Fata.
Nec ultrà eſſe ſinunt.
Vix enim florens defloruit, vix olens exolevit,
Apparuit ſimul & aruit.

Idèoque multò plùs laboris ac temporis, ad productionem hujuſcemodi florum, quàm ad Oſtentationem Natura impendiſſe videatur, ut nihil mirum ſit, aliquid ineſſe illis egregij, quod nos lateat.

Ibid. ad lin. 20.

Fortè Tepenexcomitl, *Nov. Hiſpan. Terentij apud Recc. fol* 410.

Fol. 148. *ad lin.* 35.

Mirasol dici possit, quia florem noctu comprimit, eumque aperit Solis exortu; Huic enim Plantarum generi florum petala, interdiù latissimè expansa, Solis excipiunt calorem aperto velut sinu, hujus verò Syderis absentiâ occluduntur, cui nomen Mesembrianthemi s. Floris Meridiani propterea imposuit *Cl. Breynius* quoniam plerarumque hujus generis specierum flores medio die Sole illustrato, sese aperire observantur, *Breyn. Prodr.* 2. 71. Secùs autem facit illud Tragopogonis genus, à nostratibus **Sleep-at-Noon**, & interdum **Go-to-Bed-at-Noon** dictum eò quod flores circà meridiem se claudunt, nec ante proximum Solis ortum aperiuntur.

Fol. 149. *post lin.* 18.

FICOIDES *Africanum* Mesembrianthemum, s. Ficus aizoides minor, folio tereti procumbens, flore coccineo, *Hort. Leyd.* 252. An Mesembrianthemum *Africanum* procumbens, tereti folio vidiri, flore intùs aureo, extùs phæniceo, *Breyn. Prodr.* 2. 69. Hanc verò floribus venustissimis ornatam in *Hort. Med. Societ. Pharmaceut. Lond. apud Chelseiam*, laudati *D. Doodij* curâ enutritam, oculis nostris maximâ cum voluptate non rarò lustravimus.

Ficoides *Afric.* Mesembrianthemum, triquetro folio, flore albo, parvo, polyanthos.

Ibid. post lin. 27.

Ficoides *Afric.* Mesembrianthemum s. Ficus aizoides *Afric.* flore amplo niveo, folio latiore plano.

Ibid. ad lin. 37.

Ad hoc genus fortè referatur Nonochto, *Novæ Hispan. Terentij apud Recc.* 302. T. 329. f. 4.

Ibid. post lin. 38.

Ficoides *Afric.* Mesembrianthemum, s. Ficus aizoides major, procumbens, Tripolij folio magis succulento, denticulis fimbriato, flore argenteo, ad umbilicum aureo, fructu magno pyramidali, quinquefariàm diviso; calloso calyce pentagonali incluso. In *Horto Med. Chelseiano* auspitiis *D. Doody istius Hort. Præfect. digniss.* excultàm observavimus.

Fol. 150. *post lin.* 14.

FILICULA s. Adiantum nigrum, rigentibus pinnulis auriculatis, *Insulæ Johannæ.*

Filix s. Adiantum nigrum floridum, *Monomotapense*, priori valdè simile, si non idem.

Filicula Lonchitidis folio auriculata, & dentata, *Insulæ Johannæ.*

Filix s. Adiantum Trichomanoides, Lonchitidis æmulum, *Monomotapense*, pinnulis non dentatis, ad oras pulverulentibus, pediculo nigro.

Ibid. ad lin. 16.

An Filix minor ruffâ lanugine, tota obducta, in pinnas tantùm divisâ, raras non crenatas subrotund. *Cat. Jam.* 19.

Filicula *Æthiopica* denticulatis pinnulis, aversâ parte Asplenij ritu, villosâ lanugine tectis, pediculo splendente nigro.

Ibid. post lin. 17.

Filicula Geranij arvensis folio, & facie, *Æthiopica*; ex *Promont. Bon. Spei.*

Fol.

Fol. 150. *post lin.* 33.

Filix arborea *Marilandica* Dryopteridi *Tragi* ut in *Hist. Lugd.* depicta est, magis conveniens.

Ibid. ad lin. 36.

Fortè etiam Adiantum saxosum floridum; *Plumier. fig.* 43. Osmunda *Americana*, Filiculæ folio, *Turnefortij Elem. Bot.* 437. Lunaria elatior, Adianti albi folio, duplici spica, *Cat. Jam.* 14. Itèm fortè Filix non ramosa minor, pinnulis crebris obtusis, crenatis *ejusd. pag.* 21.

Ibid. ad lin. 40.

An Adiantum nigr. max. non ramos. pinnis crebris majoribus crassis, & Trapezij in modum figuratis, *Cat. Jam.* 21. Alioquìn Synonymiis malè adhibitis confunditur.

Ibid. ad lin. 41.

Post *Filix*; deleantur *Americana*, & ad lin. 42. *Insula Jamaicensi*, & eorum loco; pone ex *Hiberniâ*. Et post *Tab. add.* 282. *fig.* 3. *nondum edit.*

Ibid. ad lin. 43.

Filix minor longifolia, tarsis raris, pinnulis longis tenuissimis, & oblongis laciniis fimbriatis, *D. Sherard. Raij. Synopf. Stirp. Britan.* noviſſimè edit. 51.

Fol. 151. *ad lin.* 1.

Post *palustris add.* repens. *add. lin.* 3. *add.* Filix minor non ramosa, *JB. Tom.* 3.

Ibid. ad lin. 6.

Filix non ramosa major, surculis (alis) crebris, pinnulis longis angustis, *Cat. Jam.* 19.

Ibid. post lin. 9.

Filix non ramosa, ex *Insula Sanctæ Helenæ*, pinnulis amploribus, nostrati *fœminæ* haùd absimilibus.

Filix mas *Marilandica*, foliis *fœminæ* foliorum æmulis, à præcedente diversa.

Filix non ramosa latiùs dentata *Mariana*, floreſcens, thyrso florum, ruffâ lanugine tecto.

Ibid. ad lin. 12. *post* 292. *add.* nondum edit.

Ibid. post lin. 30.

Filix non ramosa, pinnulis longioribus, angustis, profundè dentatis, supremâ pinnâ admodùm elongatâ; ex *Inf. Johanna.* Filix pyramidalis *Madraſpatana* elegans, pinnulis serratis. Item Filix pyramidalis elegans *Insulæ Sancti Johannis*, pinnulis angustis serratis, *Musf. Pet.* Bis enim repetitur.

Filix non ramosa pinnulis angustis profundè dentatis, pediculis hirsutie ferrugineâ hispidis ex *Insula Johanna.*

Ibid. ad lin. 36.

An Filix minor non ramosa, alis foliorum alternatim positis, bifidis &. multifidis *Raij Synopf.* 48.

Filix mas non ramosa *Marilandica*, pinnulis angustis, rarioribus, profundè dentatis, supernâ parte auriculatis.

Filix petræa *Marilandica*, folio ad utrumque extremum pyramidali.

Fol.

Fol. 152. *ad lin.* 7.

An Polypodium parvum foliis minutìm ſerratis, *Baniſt.* Fortè Filix minor in pinnas tantùm diviſa, ex adverſo ſitas, oblongas lataſque non crenatas, infirmis ad baſim auriculatis, *Cat. Jam.* 19. Pinnulæ autem noſtræ, ſunt minutiſſimis crenaturis circumcinctæ.

Ibid. ad lin. 11.

Lonchitis altiſſima, pinnulis utrinque, ſeu ex utroque latere auriculatis, *Cat. Jam.* 16.

Ibid. ad lin. 14.

Fortè etiam Lonchitis major, pinnis latioribus levitèr denticulatis, ſuperiori latere auriculatis, *Cat. Jam.* 16. Item Lonchitis major pinnis anguſtioribus, levitèr denticulatis, ſuperiori latere auriculatis, *ejuſd. ibid.*

Ibid. ad lin. 15.

An Lonchitis minor pinnis latioribus, levitèr denticulatis, ſuperiore latere auriculatis, *Cat. Jam.* 16.

Ibid. poſt lin. 19.

Filix ſ. Lonchitis major, Polypodij foliis *Virginiana, Baniſteri Cat. Stirp. Virg.* Hæc atque etiam vulgaris Lonchitidis ſpecies, ut in Horto ſuo ſicco ſcriptum reliquit, Autor, ſimili modo florida eſt.

Ibid. ad lin. 21.

Lonchitis minor, pinnulis anguſtis, crebis, tenuibus, atrovirentibus, *Cat. Jam.* 16.

Filix Lonchitidis facie minor, *Inſulæ Sanctæ Helenæ*, pinnulis brevioribus, dentatis, ſupernâ parte auriculatis.

Filix Lonchitidis facie, ſupernis pinnulis auriculatis, & exquiſitè denticulatis; à priore diverſa.

Filix ſ. Lonchitis *Æthiopica*, pinnulâ latâ, brevi, ſupernè modo articulata, nervo medio in aculeum parvum deſinente.

Ibid. ad lin. 35.

An fortè Lonchitis Aſplenij facie, pinnulis variis, viz. ſubrotundis, & ex utroque latere auriculatis, *Cat. Jam.* 16. Quam facit eandem cum Filice non ramoſa Scolopendroide, *Plumier. fol.* 7. *fig.* 11. Sed minùs rectè, ut mecum exiſtimo; hujus enim pinnulæ nullatenùs ſunt auriculatæ. Fortè etiam Lonchitis altiſſima, pinnulis raris, non laciniatis, *ejuſd. Cat. Jam. ibid.*

Ibid. ad lin. 39.

An Filix non ramoſa minor, caule nigro, ſurculis raris, pinnulis latis, dentatis, ſubtùs niveis, *Cat. Jam.* 21.

Ibid. ad lin. 44.

An Filix major ſcandens, in pinnas tantùm diviſa oblongas, latiſſimas, non crenatas, *Cat. Jam.* 18. Sed noſtra non ſcandit. An potius Filix minor in pinnas tantùm diverſa, crebras non crenatas auriculatas, & lineis pulverulentis averſâ parte notatas, *ejuſd. ibidem.* Noſtra tamen folia ſunt crenata, vel ſinuata ſaltèm.

Fol. 152. *poſt lin.* 44.

Filix non ramoſa, Paſtinacæ aquaticæ anguſtioribus foliis ſerratis, atque ad oras veluti perforatis, ex *Inſula Johanna.*

Fol. 153. *ad lin.* 7.

An Filix ramoſa minor, pinnulis crebris, brevibus, latis, obtuſis, ſubrotundis, *Cat. Jam.* 23. Fortè etiam, Filix ramoſa major, ramulis raris ex adverſo ſitis, pinnulis Aſplenij ſcilicèt crebris, latis, brevibus, ſubrotundis, non dentatis, *ejuſd.* 24.

Filix non ramoſa *Inſul. Johannæ*, pinnulis Lonchitidis, obtuſis non dentatis, ad ora pulverulentis. An Lonchitidis genus ramoſum, *Ind. Orientalis.*

Ibid. ad lin. 12.

An Filix non ramoſa major, ſurculis crebris, pinnulis brevioribus anguſtis, *Cat. Jam.* 20. Item Filix ramoſa major, pinnulis longis, acutis, raris, falcatis, *ejuſd. pag.* 23.

Filix non ramoſa *Æthiopica*, longioribus alis, pinnis particularibus, Agerati foliorum æmulis, ex *Prom. Bon. Spei.*

Ibid. ad lin. 19.

Polypodium minus pinnulis raris ſubtùs cinereis, *Cat. Jam.* 16. Ubi Polypodium radice tenui, & repente, *Plumier*, ponitur pro Synonymo.

Filicula ſive Polypodium parvum piloſum, Roſmarini foliis punctatis, pediculo nigro, ex *Inſ. Johannâ.*

Ibid. poſt lin. 27.

Filix *Mariana* Oſmundæ facie racemifera; à Præcedenti neutiquam differt. Utriuſque *Indiæ* alumna eſt; in *Provincia noſtra Mariana apud Americanos*, collegit *D. David Krieg. Germanus, Medicus Ornatiſſimus*, & redeunte in *Angliam*, ſecum attulit, & nobis amicè communicavit. Hujus racemum elegantèr depictum exhibetur à *Clariſſ. Breyn.* in *Cent.*

Filix Oſmundæ facie *Mariana*, ſegmentis minutìm denticulatis, pediculo atronirente. Huic perindè ac in Lonchitidum cenſu, duo ſunt foliorum genera, ab *eodem laudato Kriegio* accepimus.

Eadem ſegmentis ſinuatis, criſpis, & argutè denticulatis.

Ibid. ad lin. 30.

An Polypodium *Monomotapenſe*; Lonchitidis foliis, *Hort. Beaumont.* 35. Polydium Scolopendriæ, vel Phyllitidis facie maximum, *Surinamenſe, Breyn. Prodr.* 2. 85. Fortè etiam Polypodium exoticum, foliis Quercûs *CBP. Hort. Fagelian. ejuſd. Breyn. ibid.*. Hanc noſtram Filicem Polypodio majori aureo, *Plumier. fig.* 35. eandem facit *Sloanus, Cat. Jam.* 15.

Ibid. poſt lin. 34.

Filix Angelicæ foliis quodammodò accedens, ex *Inſula Johanna.*

Ibid. poſt lin. 39.

Filix mas vulgari ſimilis, pinnulis crenatis, ex *Inſulâ Sanctæ Helenæ.*

Ibid. ad lin. 43.

Filix major ſcandens, in pinnas tantùm diviſa, oblongas lataſque non crenatas, *Cat. Jam.* 17? Cui pro Synonymo ad ponitur Filix ſcandens latifolia, ſerrata, *Plumier.* Sed quàm rectè aliorum judiciis relinquo. An Panna-valli, *Hort. Malab. Part.* 12. *Tab.* 35.

Fol.

Fol. 154. *poſt lin.* 3.

Filicula ſaxatilis Oſmundæ facie foliis variis; margine non ſerratis; ſive Adiantum *Marianum*, pediculis atris, à ſuperiùs nec tamen pro meritis ſatis laudato *D. Kriego* accepimus.

Ibid. ad lin. 4.

Poſt foliis *add* prælongis. *Et ad lin.* 7. ante *Breyn. add.* & *Braſiliana.*

Ibid. ad lin. 12.

An filix maj. in pinnas tantùm diviſa, oblongas anguſtaſque non crenatas, *Cat. Jam.* 18. Sed malè additur non crenatas, ſi ſit noſtra; rectius fortè, Filix maj, in pinnas tantùm diviſa oblongas, anguſtaſque non crenatas, *ejuſd. ibid.*

Ibid. ad lin. 18. *poſt fig.* 1. *add. nondum edit.*

An Lonchitis major pinnis longis anguſtiſſimiſque, *Cat. Jam.* 16. Item Filix non ramoſa major, ſurculis raris pinnulis longis, anguſtis, rariſſimis, *ejuſd. pag.* 19.

Filix non ramoſa *Monomotapenſis* prælongis pinnis integris, margine plerumque planis, ad pediculum tamèn, rarioribus denticulis amplis, & magìs extantibus ornata.

Ibid. ad lin. 24.

Lonchitis paluſtris maxima, *Cat. Jam.* 15? Item Filix maxima in pinnas tantùm diviſa, oblongas, lataſque non crenatas, *ejuſd. pag.* 17?

Ibid. ad lin. 28.

Lonchitidi affinis arbor anomala, folio alato è pinnarum crenis fructifero, *Cat. Jam.* 16. Hæc autem & quæ proxime ſequitur in *Almageſto* noſtro, ſunt de bacciferarum cenſu, & novum plantarum genus conſtituunt, Laurotaxis noſtris monopyrenis ad folia bacciferis, annumerandæ.

Ibid. poſt lin. 34.

Filix ſ. Phyllitis major grandioribus foliis, ex *Inſula Johanna.*

Filix Phyllitis dicta, tenerifolia, longius mucronata, *Inſulæ Johannæ.*

Ibid. ad lin. 36.

Filix minor plerùmque trifida, pinnis oblongis latiſque non crenatis, *Cat. Jam.* 18. Minùs autem propriè, minor dicitur, cùm folio ſit ampliſſimo.

Ibid. ad lin. 40.

Phyllitis ramoſa trifida, *Cat. Jam.* 19. Phyllitis ſ. Lingua cervina, multifido folio ramoſa *Breyn. Prodr.* 2. 82. Lingua cervina polyphylla, polyſchides, *Bocc. Muſ. Pl. pag.* 144. *Tab.* 102.

Filix ſ. Phyllitis caulifera *Inſulæ Sanctæ Helenæ*, pinnulis variè dentatis, averſâ parte liris obliquè tendentibus, ſerratiſque eleganter ſtriatis. Habuimus etiam ex *Inſulâ Johanna.*

Filicifolia Phyllitis cauliferæ ſimilis, trifoliata, ex *Inſula Johanna.*

Ibid. ad lin. ult.

Phyllitis non ſinuata minor, apice folij radices agente, *Cat. Jam.* 14.

Fol. 155. *ad lin.* 9.

Hemionitidi affinis, Filix major trifida, auriculata, pinnis latiſſimis, ſinuatis.

An Caticaa ſivè Polypodium, *Piſonis Cat. Jam.* 18.

Fol. 155. *ad lin.* 9.

Filix Hemionitis trifida & quinquifida, bullatis foliis, ex *Insula Johannâ*. An fortè sit de genere Polypodiorum.

Filix sive Hemionitis multifida platyceros, s. segmentis coriaceis, cornu cervinum referentibus, aversâ parte canescentibus, ex *Ins. Johanna*.

Ibid. ad lin. 11.

Hemionitis folio hirsuto, & magis dissecto, s. Ranunculi folio, *Cat. Jam.* 15.

Ibid. ad lin. 19.

Hemionitis foliis atrovirentibus maximè dissectis, s. Filix Geranij Robertiani folio, *Cat. Jam. pag.* 15.

Ibid. post lin. 19.

Filix Hemionitis *Americana* major, Ricini laciniatis foliis, ex *Insula Trinidado*. A fratre suo ad *D. Stonestreet* alata est.

Ibid. ad lin. 24.

Hemionitis peregrina *Clusij Cat. Jam.* 15. Item Hemionitis peregrina foliorum segmentis sinuatis, longioribus, & magis acuminatis, s. Hederæ folio anguloso, *ejusd. ibid.*

Ibid. ad lin. 27. *add.*

Vid. Phytograph. Tab. 287. *fig.* 5.

Ibid. ad lin. 30.

Phyllitis scandens minima, Muscı facie, foliis membranaceis subrotundis, *Cat. Jam.* 15.

Filix mari ramosæ pinnulis dentatis *Gerardi* similis, sed diversa, ex *Insula Sancta Helena*.

Filix ramosa latius dentata, plana, pinnulis ad oras aversâ parte pulverulentis, ex *Terrâ Marianâ*. An Filix fœmina, foliis ad margines pulverulentis, seminibus fimbriatis, *Banister. Cat. Stirp. Virginian.*

Filix Osmundæ facie, summo pediculi fastigio, ramulis in orbem radiatis, ex *Insula Madagascar*.

Filix elegans tanaceti vulgaris folio, *Insulæ Johannæ*.

Filix ramosa Cicutariæ maximæ folio, mediâ costâ candore nitente, ex *Insula Sancta Helena*.

Ibid. ad lin. 37. *post* 294. *add.* Nondùm edit.

Ibid. ad lin. 40. *add.*

Filix saxatilis crispa *Parkinsoni D. Merret in Pinac.*

Ibid. ad lin. ult.

Hoc etiam attributum magìs propriè Filici mari ramosæ pinnulis dentatis *Gerardi* appropriari meretur, ut cuilibet pateat ex *Icone* in *Phytogr. nostra Tab.* 181. exhibitâ.

Fol. 156. *ad lin.* 1.

An Adiantum nigrum ramosum maximum, foliis s. pinnulis obtusis, tenuibus, regularitèr minutissimè & pulcherrimè sectis, *Cat. Jam.* 22. *ad lin.* 3. *post.* 293. *add.* Nondum edit.

Ibid. ad lin. 4.

An Filices hastâ crassiores *Petr. Martyr. Decad.* An Filix arborea ramosa, spino-

sa,

ſa, caudice non diviſo, pinnulis latis, denſis, brevibus, tenuibus, minutim dentatis, *Cat. Jam.* 22.

Fol. 156. *ad lin.* 9.

Lege nondùm edit. & *ad lin.* 11. *add.* nondùm edit.

Ibid. ad lin. 15.

Filix ramoſa major, caule ſpinoſo, foliis ſive pinnulis rotundis, profundè laciniatis, ſive Cerefolij foliis, *Cat. Jam.* 23.

Ibid. ad lin. 18.

Filix furcata, pinnulis longiuſculis, non dentatis, *Plumier fig.* 20. Filix fæm. ſ. ramoſa major dichotoma, pinnulis Lonchitidis, ſilicèt longis anguſtis, non dentatis, *Cat. Jam.* 24.

Filix furcata Polypodij anguſtioribus pinnis, ſupremâ admodùm prolixâ, ex *Inſula Johanna.* An Filix ramoſa, pinnulis roſtratis *Plumier.*

Ibid. ad lin. 19.

Filix fæmina ſ. ramoſa, major, pinnulis anguſtis, obtuſis, non dentatis, impari ſurculum terminante longiſſimâ. *Cat. Jam.* 24. An Filix ramoſa pinnis longiuſculis partim auriculatis, *Plumier. fig.* 22.

Ibid. ad lin. 20.

Filix fæmina, ſ. ramoſa major, pinnulis anguſtiſſimis, rariſſimiſque, *Cat. Jam.* 24.

Ibid. ad lin. 22. *poſt fig.* 3. *add.*

An Filix arborea ramoſa, caudice non diviſo, pinnulis anguſtis, raris, obtuſis, integris, *Cat. Jam.* 22.

Ibid. ad lin. 31.

Fortè Adiantum nigrum ramoſum, maximum, foliis ſ. pinnulis tenuibus, longis, acutis, ſpinoſis, *Cat. Jam.* 22.

Filix ex *Inſula Johanna* pinnulis obtuſioribus, planis, alis infimis utrinque biſectis.

Eadem pinnis brevioribus, ramulis infimis bifurcatis, ex *Inſula Johanna.*

Filicula corniculata *Inſulæ Sanctæ Helenæ*, ſ. Adiantum ἀκρόϛιχον *Indicum*, longis, rigentibus pinnulis tenuiſſimis, bifurcatum.

Ibid. ad lin. 35.

Filicis an ſpecies (fortè) *Marcgravij, fol.* 2. Phyllitidi multifidæ affinis, Filix ſcandens, in pinnas tantùm diviſa, oblongas, anguſtas, laciniatas, *Cat. Jam.* 19. *Fortunatam* eſſe oporteat qui divinare voluerit, qui ſibi velit autor, hujuſmodi epithetis. An Valli-panna, *Hort. Malab. Part.* 12. *Tab.* 32. An Isjeru-Valli-panna vel Warapoli, *ejuſd. Hort. Malabar. Part.* 12. *Tab.* 34. An Isjeru-Valli-panna altera, *ejuſd. ibid.*

Ibid. ad lin. 37.

Filix non ramoſa maxima, ſurculis raris, pinnis variis, inferioribus ſcilicet oblongis, acutis, ſuperioribus vero Aſplenij ſubrotundis, *Cat. Jam.* 19.

Quid ſibi vult Autor *per hanc notam*, viz. *ſurculis raris*, in denominatione hujus Filicis, cum non ramoſa ſit, me planè ignorare fateor; ſurculum enim eſſe Stipitis partem, aut rami, ex *Feſto* didicimus, & ratio vocis indicat, & declarat uſus; nam vox diminutionem notat, ex Suro, Surum, palum dixêre priſci, unde Sura in hominibus. Surculus (inquit *Rajus noſter, in Terminorum quorundam &*

Vocum generalium explicationibus) eſt, quod in ramis ſimplex aſſurgit tenerum & exile, ergo nullus datur ſurculus, ubi non eſt ramus, ideoque in Filice non ramoſa (ſurculis raris) minùs propriè adjiciuntur, alis raris ex noſtrâ ſententiâ melius diceretur.

Ibid. ad lin. 41.

An Phyllitidi multifidæ affinis, Filix ſcandens in pinnas tantùm diviſa oblongas, anguſtas, non crenatas, an Filicis alia ſpecies, in *Inſula Tamaraca*, *Marcgravij fol.* 2. *Cat. Jam.* 19.

Ibid. ad lin. 43.

Poſt vocem *Jamaicenſis* deleantur verba inter Filicem & Lycopodium media, & *eorum loco lege.* Filicis & Lycopodij compos.

Ibid. ad lin. ult.

Phyllitis minor ſcandens, foliis anguſtis, *Cat. Jam.* 15.

Fol. 157. *ad lin.* 29.

Phaſeolus ſylvaticus, flore patulo, dilutè purpureo, ſiliquâ tenui, nigrâ, ſeminè minore maculato, *Cat. Jam.* 71. Ubi Autor pro more conſueto, confundit diverſam plantarum nomina.

Fol. 158. *ad lin.* 32.

Tlaolli Maiziumvè *Nieremberg. fol.* 322. Triticum *Bactrianum Cordi H. Plantar. fol.* 112. *Turcicum* frumentum, typhâ magnâ, Triticum magnum, ſ. *Aſiaticum, Tragi. fol.* 651. Frumentum *Turcicum*, rectiùs Panicum peregrinum, *Geſneri Hort. German. fol.* 259.

Ibid. ad lin. 40.

Poſt alterum *add.* minus, *poſt* 455. *ejuſd. lineæ add.* Fortè & Triticum *Indicum ejuſd. JB. Tom.* 2. *fol.* 453.

Ibid. ad lin. ult.

An Granati folio *Curaſſavica* arbor lucida *PBP.* 338.

Fol. 159. *poſt lin.* 1.

FRUTEX ſive Arbuſcula baccifera, ſubrotundis foliis, Chryſanthemi floribus *Africana.*

Frutex *Indicus* Prunifolius, fructu hexagono, cum officulo ſingulari, multinucleo, *ex Inſula Johanna.*

Ibid. poſt lin. 8.

Frutex *Æthiopicus* baccifer, Teucrij acutioribus foliis ſcabris, ad caulem imbricatis.

Ibid. poſt lin. 10.

Frutex anonymos, foliis Lauri-tini minoris, *Breyn. Faſc. Rarior.* 23.

Ibid ad lin. 20.

Huic etiam pertinet Katou-Nirouri, *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 44. *ex Inſula Barbados*, ſub Indigo ſylveſtris nomine, hanc plantam aliquando recepi. Floſculum fert luteum ut audio. An Cocuſquahuitl *Vaxacenſis* ſ. Arbor cardiaca *Hernandez apud Recc. fol.* 96. Keelanelle *Malabareis* nuncupatur. Adverſus Icterum, & Febres intermittentes, inſigne ſpecificum.

Ibid. ad lin. 22.

Vitis Idææ affinis, flore hexapetalo exalbicante, *Commelin. Not. in Hort. Malab.*

Fol. 159. *poſt lin.* 24.

Frutex *Virginianus* pentapetaloides, Circææ foliis rigidis, fructu calyce immerſo, baccam mentiente, foliorum petiolis elegantèr fimbriatis.

Ibid. ad lin. 28.

Poſt muſcoſus *add.* Herbæ Impiæ capitulis in ſpicam ſeſſilibus.

Ibid. poſt lin. 29.

Frutex *Æthiopicus*, Cineraceo muſcoſo ſimilis, capitulis ſparſis. Foliola ſua minutiſſima in gyrum ſtellulæ depictæ inſtàr, ſtipitibus arctè adnaſcentia, muſci in modum emittit. At hujus Plantarum generis ſunt plurimæ diverſæ ſpecies, quas omnes ad Myricæ genus relegandas exiſtimo, & ſub Temariſci titulo invenies.

Ibid. poſt lin. 31.

Frutex *Africanus*, Terribilis *Narbonenſium* folio, capitulis oblongis, ſquamoſis, *Breyn. Faſcic.*

Ibid. poſt lin. 33.

Frutex *Africanus*, lanceatis foliolis duris, mucrone pungentibus, ad *D. Stoneſtreet* allata eſt; fortè ſit de Ericarum genere.

Ibid. ad lin. 35.

Geniſtella Ruſci folio major, *Capit Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. 50.

Ibid. ad lin. ult.

Jujubes (fortè) *Indiana*, ſive Ber *Indicæ* affinis Laccifera.

Fol. 160. *ad lin.* 6. *poſt cap.* 10. *add.*

Kaate, ex hujus arboris ligno, paſtillos concinnatos cum *Betello* comedunt *CBP.* 410. *ex Linſchoten. Part.* 4. *Ind. Or. cap.* 16.

Fol. 160. *poſt lin.* 12.

Frutex ſcandens Petroſelinj foliis *Virginianus*, claviculis donatus, in *Horto Plantar. exoticar. ditiſſimo, D. Samuelis Reynardſoni*, percelebris Mercatoris *Londinenſ.* apud Villam ſuam ad *Hillingdonam* ex ſeminibus ſibi natum, hunc perelegantem Fruticem primò luſtravimus, deindè in *Hort. celeberrimo Comptoniano apud Fulhamiam.* An hæc planta ſit, Frutex Petroſelini foliis, *Baniſt. Cat. Virg.* Fortè Clematidis ſpecies, an Aquitzli *Mexicenſibus*, *Hernandez apud Recc. fol.* 354. Talictri (fortè) foliis *Portoricenſis*, Planti ſcandens capreolis, *Hort. Beaum.* 38. The Pepper Tree, noſtratibus dicta.

Ibid. ad lin. 14.

Atexcalquahoitl, *Nov. Hiſpan. Terentij apud Recc.* 354.

Ibid. ad lin. 34. *poſt* 360. *add.*

Tokaun folia oblonga, & acuta, ex quibus fila detrahunt, & reticula piſcatoria indè contexunt, *ejuſd. CBP.* 320. *ex Stadio in Braſil. lib.* 2 *cap.* 8.

Ibid. ad lin. 35.

In iſtâ opinione nuperrimè confirmavit nos, Inſignis Botanicus *Germanus D. Andreas Gundelſhemier MD.* Qui huic noſtro, idem eſſe nobis affirmavit.

Fol. 161. *ad lin.* 26.

Fucus hæmorrhoidalis maximus, ſ. nodis prægrandibus noſtras. Quercus marina tertia *Gerard. emac.* 1568.

Fol.

Fol. 162. *post lin.* 1.

FUCUS membranaceus Ceranoides, pennatus rubens, elegantissimus, *ex Groënlandiâ.*

Ibid. ad lin. 13.

Fumaria ex illis *Romana*, folio Sophiæ tenuissimo, *Boccon. Mus. Plant. pag.* 107. *quoad figuram ad Tab.* 81.

Ibid. ad lin. 21.

An Fumaria minor, Foeniculi tortuosi foliis, flore albo, maculâ rubente, *Boccon. Mus. Pl.* 144. *Tab.* 102.

Ibid. post lin. 23.

FUMARIA *Virginiana* Sempervirentis *Cornuti* æmula, siliquis Ornithopodij.

Ibid. post lin. 33.

Fumaria amplexicaulis Vesicaria, *Cap. Bon. Spei. Act. Hafnienf. Ann.* 1637. *Obs.* 24. Fumaria alba Vesicaria, capreolis donata, sub exitum Autumni florens. *Æthiopica*, *Almag. Bot. app. fol.* 400.

Fol. 163. *post lin.* 29.

FUNGUS parvus pullus, stipitibus carios adnascens, supernè lamellatus, *D. Vernon.*

Ibid. ad lin. 31.

An Scyphulus tantùm alicujus Musci terrestris, vel Lichenis; non aliud est quàm Scyphulus albus, Musci leprosi audactèr asserit, *D. Doody*, *Raij. Synopf. Stirp. Brit. noviſſime edit.* 331.

Fol. 164. *ad lin.* 21.

Laurifolia arbor Venenata, folio acuminato, copiosum lac præbens, ex quo inspissato Viscus aucupum paratur, *Cat. Jam.* 136. Hùc fortè spectat Arti, s. Ada arbor in *Insula Solor. Zanoni. fol.* 29. Quam eandem esse suspicamur cum Tezcapatli, *Novæ Hispan. Terentij apud. Recc. fol.* 413. Fortè etiam Curupicaiba, *Laetij Ind. Occ. lib.* 15. *cap.* 8. *fol.* 132. Fortè etiam Visci instar succus concretus, *JB. Tom.* 1. *Part.* 2. *fol.* 347. Cujus fragmentum ad *Carolum Clusium* transmittebat *Londino Jacobus Garetus.* An fortè Kerzeherch arbor Venenata *Persarum*, sive Arbor cujus una radix venenum est, altera Veneni antidotum, *Thevenot. Itincrar. Part.* 2. *fol.* 117. Arbor contrariis prorsùs facultatibus donata, *CBP.* 457. Nam que Solem Orientem, spectat, adversus omnia venena valet, quæ vero Occidentem, Venenum præsentaneum sunt, *ex Ignatio Franciscano in Itinere Novi Orbis*, ex quo etiam *Clusius Notis in Christoph. Acost. cap.* 41. An fortè Arbor venenata, Laurifolia, omnibus animantibus noxia *Strabon. lib.* 15. Vidisse enim se plantam Lauro persimilem scribit, quam gustantes belluæ abalienatæ, quasi *Herculeo* morbo concidunt, ore spumantes.

G.

G.

Fol. 164. *ad lin.* 23.

SCORPIOÏDES Galegæ foliis ſingularibus, *Boccon. Muſ. Plantar. pag.* 150. *Tab.* 110.

Ibid. poſt lin. 23.

GALEGÆ affinis *Malabarica* arboreſc. ſiliquis majoribus articulatis, *D. Seyn. Not. in Hort. Malab.* Agati *Malabarorum*, *Hort. Malab. Part.* 1. *fig.* 51.

Fol. 165. *ad lin.* 2.

Geniſtæ affinis *Africana*, flore cæruleo, alato, & punctato, foliis aſperiuſculis, *Breyn. Faſc. Rar.* 24.

Ibid. poſt. lin. 3.

GENISTA *Æthiopica* incana, foliis anguſtiſſimis, prælongis, denſius ſtipatis, floribus parvis luteis.

Geniſta *Æthiopica* flore flavo, foliolis inflexis, & araneoſâ lanugine fimbriatis, ſummo ramulo, circà flores glomeratis. An Chamælarix, ſ. Chenopoda *Monomotapenſis*, *Breyn. Cent.*

Ibid. poſt lin. 4.

Geniſta non ſpinoſa, Roriſmarini foliis, *Æthiopica.*

Ibid. ad lin. 14. *poſt vulgò add.*

Cytiſus humilis argenteus, longis & anguſtis foliis, ex *Inſulis Stoechadibus Turnefort. PBP. append.*

Ibid. ad lin. 18.

Cytiſus argenteus Linifolius, *Inſularum Stœchadum*, *Turnefortij Elem. Bot.* 508.

Cytiſus *Inſular. Stœchadum*, foliis oblongis anguſtis, ſubtùs argenteis, an Cytiſus foliis acuminatis, *Italicus CBP. Schol. Bot.* 272. An fortè Caxumba *Indis*, Floërs ad Tincturam, *JB. Tom.* 1. *Part.* 2. *fol.* 398. *ex Linſchotano.*

Ibid. ad lin. 24.

Hujus proſapiæ nobis videtur, Tocapotle *Novæ Hiſpan. Terentij apud. Recc.* 431.

Ibid. poſt lin. 24.

Geniſtæ tinctoriæ ſimilis, Planta *Æthiopica*, Linariæ folio, flore luteo.

Geniſta tinctoria arboreſc. *Luſitanica* flore parvo luteo, folio ſingulari virente, in *Hort. DD. Uvedale Enfeldiæ* enutritam, conſpeximus. An fortè Geniſta *Arabica* quæ à noſtrâ diverſa, planities ad montem *Sinai* obſiti ſunt, quæ etiam in *Arabiæ* ſolitudinibus naſcitur, *Bellon. Obſ. ſed quid? CBP.* 395. Hujus enim ſunt Virgulæ noſtratis vulgaris inſtar, anguloſæ, virentes, lentæ, tenuiſſimæ, quarum aliquæ pedem ſuperant, aliæ minores ſunt, ex quibus ſcopas etiam parari poſſe mihi facilè perſuadeo. Et ſi foliorum ſitus non obſtarent hanc eandem eſſe cum Tocapotle *Nov. Hiſpaniæ* putarem.

Fol.

Fol. 165. *poſt lin.* 29.

Geniſta parva, Gallij albi facie, ex *Oris Coromandel.*

Geniſta Ericoides Africana, ſ. Geniſta-ſpartium cæruleum, *Capitis Bon. Spei. Breyn. Faſc.* 24.

Geniſta *Æthiopica* non ſpinoſa, foliis Ericæ villoſis, ex uno puncto confertis, floribus parvis ſpicatis, luteis, calcybus longioribus immerſis.

Geniſta non ſpinoſa, Laricis foliis *Æthiopica.*

Geniſta *Æthiopica* glabra, longioribus foliis, ex uno puncto plurimis, flore majore luteo.

Geniſta minima *Æthiopica*, foliolis Thymi confertis, ſplendentibus glabris.

Ibid. ad lin. 31.

Deleantur quæ ſequuntur verba. Hùc fortè ſpectat Katupolapen, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 66.

Ibid. ad lin. 38.

An trifolium frutex Geniſtæ folio, *JB. Tom.* 1. *Part.* 2. *fol.* 375.

Fol. 165. *poſt lin.* 43.

Geniſta arbor *Æthiopica*, Salicis odoratæ folio, flore flavo. An Myrtogeniſta, *Breyn. Cent.* 68.

Geniſta *Æthiopica* fruteſcens, Ruſci longioribus foliis, maxima.

Geniſta *Africana* cinerea, Ericæ ſupinæ noſtratis maritimæ facie, apicibus foliorum ſpinoſis, floribus rubeſcentibus, ſummo caule glomeratis.

Geniſta Aſtroites, Juniperinis pungentibus foliis *Æthiopica*, floribus ſaturatè luteis. Hæc planta folia ſua apicibus aculeata, ſtellæ in modum ſtipitibus arctè adnaſcentia, profert, unde patet Aſtroites epitheto, non immeritò auctum hujus titulum.

Fol. 166. *poſt lin.* 5.

Geniſtella ſpinoſa *Africana*, Laricis folio, *Breyn. Cent.* 68.

Ibid. poſt lin. 13.

Geniſta Aſpalathoides polyanthos major, *Capit Bon. Spei. Breyn. Faſ. rarior* 24. Quam nunc exiſtimo diverſam eſſe, ab ultima hujus Claſſis in *Almageſtro noſtro* recenſitâ, licet aliquandò aliter ſenſerim.

Ibid. poſt lin. 15.

Geniſta-Spartium aculeatum minus, ſ. Aſpalathoides *Africanum* aphyllon, ex *Prom. Bon. Spei.* ad *D. Stoneſtreet*, à fratre ſuo alato eſt, An Scorpius ſpinoſus Veteribus, *JB. Tom.* 1. *lib.* 11. 399. Fortè Hippophæſtum *Cæſalpini*, ſ. Glaſtivida ſecunda *Cretica*, *Ronæ. Bocc. Muſ. Pl. pag* 111. *Tab.* 89.

Ibid. ad lin. 23.

Poſt. fig. 6. Huic fortè ſpectat Spartium ſpinoſum, *Pr. Alpin. de Plant. exot.* 26.

Ibid. ad lin. 25.

Deleantur hæc verba. An Erica Serpyllifolio *Æthiopica* flore purpureo pulchro, *Breyn. Faſc.*

Ibid. poſt lin. 27.

Geniſto ſpartium ſpinoſum monoſpermon, Polemonij folio ſingulari, hiulculis conſpicuo, flore parvo candicante, *Prom. Bon. Spei.* An fortè idem cum proximè præcedenti.

Fol. 166. *ad lin.* 29.

Deleantur quæ ſequuntur. An Geniſta Aſpalathoides polyanthos major, *Cap. Bon. Spei. Breyn.*

Ibid. ad lin. 30.

Aſpalathus (fortè) albicans, torulo citero, *CBP.* 392. Lignum roſei odoris in *Braſil. Lerius Deſcript. Braſil.* vel *Part.* 3. *Ind. Occ. cap.* 12. Fortè etiam Aſpalathus humilior ſpinoſus in *Niſyro & Rhodiorum Inſulis*, quem alij Eryſiſceptrum vocant, *Plin. lib.* 24. *cap.* 13. Hujus etenim flores ſunt roſacei coloris.

Ibid. poſt lin. 35.

GENTIANA major *Mariana*, anguſtiori folio, Gentianellæ Vernæ floribus cæruleis, plurimis in ſummitate coaggeſtis. An Gentiana cruciata, floribus cæruleis, *Baniſteri. Cat. Stirp. Virginian.*

Ibid. poſt lin. 38.

Gentiana anguſti folia *Americana*, flore ex ochro & cyaneo mixto, in faſtigio caulis unico. Hæc fortè rectius deprehendatur Baſium eſſe monile, *Hernandez apud Recc.* ex *Terrâ Marianâ* allata eſt.

Fol. 167. *poſt lin.* 8.

Gentianella minor aurea flore ſingulari amplo, deflexo, pallidè flaveſcente. Ut & tota planta flaveſcit, à *D. Krieg.* habuimus, quam in *Provinciâ Marianâ* invenit.

Ibid. poſt lin. 11.

Gentiana *Æthiopica*, geniculato caule, perfoliata, foliis acuminatis, craſſis, Paralij ritu veluti ſquamis denſiſſimè tecto, ſumma parte floribus puniceis. Ad *D. Stone-ſtreet*, fratre ſuo â *Promont. Bon. Spei.* alata eſt.

Ibid. poſt lin. 24.

Gentiana *Virginiana* foliis inferioribus parvis, mucronatis, ſummo caule amplioribus ſubrotundis, venoſis, ad flores ſuos convolutis. Hujus *Icon* ſub Orobanche titulo per errorem exhibetur, in *Phytograph. Tab.* 209. *fig.* 6.

Gentianella *Æthiopica* floribus veluti in umbellam ſparſis, colore cæruleo.

Gentiana Centauroides, *Ind. Orientalis*, Hyſſopi folio, floribus purpureis, in verticillas denſiùs ſtipatis. Vulerhir *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 32.

Gentianella flore cæruleo integro, vaſculo ſeminali, ex humidi contactu impatiente, *Cat. Jam.* 52. Ubi per nimiam inadvertentiam quæritur, an ſit Gentianellæ ſpecies, *Bontij fol.* 154. Multa enim hoc opere, non ſine ſupinâ Oſcitantiâ traduntur, alterum pro altero, ſub eodem nomine, licet inter ſe nihil planè commune habeant.

Fol. 168. *ad lin.* 2.

Geranium (fortè) montanum, rotundifolium, perenne, flore purpureo, majore, *Boccon. Muſ. Plantar. pag.* 81. *Tab.* 72.

Ibid. poſt lin. 4.

GERANII *Robertiani* quodammodo ſimilis, folio magis anguloſo, Planta *Æthiopica.*

Ibid. poſt lin. 8.

Geranium ſaxatile procumbens, foliis ſubtùs caneſcentibus, flore majore candicante, *ex Inſula Pico.* Curâ induſtrij Hortulani *Johannis Adams in Hort. Comptoniano,*

toniano, ex seminibus enutritam conspeximus. An Tlatlauh-capatli s. Oxygeranium *Mexican.* primum, *Hernand. apud Recc.* 293.

Fol. 168. *ad lin.* 15.

Germanium *Pyrenaicum*, foliis cineraceis, radice crassâ, magno flore variegato, *Turnefortij* monente *Doctore Preston.*

Ibid. post lin. 18.

Geranium parvum *Æthiopicum*, flore magno candicante, Lupini foliis, argenteo sericeis.

Fol. 169. *ad lin.* 7.

Geranium supinum, rotundo Batrachioïdes crasso, tomentoso folio, radice rufescente, longiùs radicatâ, *Bocc. Musˆ. Pl. pag.* 160. *Tab.* 128. Huic nostro in plurimis convenire videtur.

Ibid. post. lin. 12.

Geranium fruticosum, Betulæ foliis, *Africanum.*

Ibid. ad lin. 15.

An Geranium *Æthiopicum* procumbens, flore galeato parvo Betonicæ folio, vel portius Malvæ Betonicæ folio foliis, *Breyn. Prodr.* 2. 51. Geranium supinum Botrys folio, acu sursùm spectante, *Bocc, Musˆ. Pl. pag.* 145. *Tab.* 109. Huic accedere videtur; rectius forsan Geranium æstivum minim. supinum alpinum, Chamædryoides, flore albo variegato, *Bocc. Musˆ. Pl. pag.* 160. *Tab.* 128.

Ibid. ad lin. 19.

Geranium *Æthiopicum*, flore galeato albo, Alchimillæ folio, rostris longissimis nutantibus, *Breyn. Prodr.* 2. 52.

Ibid. ad lin. 25.

Geranium (fortè) Anemones folio, flore suaverubente, *Breyn. Prodr.* 2. 51. Huic quoque spectat Geranium Anemones folio, & flore amplissimo, albo, striis violaceis variegato, *Horti. Fagelian. Breyn. ibid.*

Ibid. ad lin. 27.

Ad hoc quoque genus (forsan) accenseri meretur Tlatecomaxohuitl s. Tealtecomaxochitl, *Novæ Hispan. Hernand. apud Recc.* 407.

Fol. 170. *ad lin.* 3.

Geranium Chrysanthemi *Cretici* folio, *Neapolitanum*, *Boc. Musˆ. Plantar. pag.* 93. *Tab.* 83.

Ibid. ad lin. 5.

Cui accedit Geranium *Africanum* tuberosum, Anemones folio, incarnato flore, *Parad. Batav.* 178. Itidèm Geranium Cicutæ folio erectum *Romanum*, *Bocc. Musˆ. Plantar.* 93.

Ibid. ad lin. 6.

Post *Africanum add*, Icon habetur in *Phytogr. Tab.* 328. *fig.* 3.

Ibid. ad lin. 9.

An Geranium *Æthiopicum*, flore galeato, foliorum segmentis latioribus s. Coriandri, *Breyn. Prodr.* 2. 51.

Geranium *Africanum*, foliis Adianti nigri *Officinarum.* An Geranium *Africanum* foliis Adianth, *PBP.* 336. Hujus autem folia, in tenuia segmenta Adianti acrostici instàr, incisa sunt, ut in *Paradiso Batavo*, describitur, nostra non item.

Fol.

Fol. 170. *ad lin.* 14.

Gladiolus (fortè) major latifolius, flore rubro maximo; àn Gladiolus maximus. *Prom. Bon. Spei*, flore rubro incarnato, *Swertij*, *Breyn. Faſc.* 24.

GLADIOLUS maximus ramoſus, floribus argenteis, *Prom. Bon. Spei.*

Gladiolus *Africanus*, flore incarnato, nervis foliorum albentibus, *PBP.* 336.

Gladiolus parvus *Æthiopicus*, flore purpureo pendulo. An Gladiolus *Africanus*, flore pendulo, *Breynij Faſc.* 24.

Gladiolo affinis Caryophylloides, *Æthiopica*, foliis cavis, flore cæruleo, cauliculis ſecundùm longitudinem alatis. An Gladiolus minor gramineus, flore parvo cæruleo, *Breyn. Faſc.* 24. Caryophylleus *Monomotapenſ.* nervoſis Bupleuri foliis, intùs cavis, flore cæruleo, cauliculis ſecundùm longitudinem alatis, *Almag. Bot. fol.* 87.

Ibid. poſt lin. 32.

Gladiolus luteus tripetalos, ex *Terrâ Marianâ*, capitulo clavato gracili.

Gladiolus lacuſtris *Marianus*, capitulo ſquammoſo, orbiculari parvo.

Ibid. ad lin. 39.

An Glaux major paluſtris, flore herbaceo, *HRB.* 82. & 268.

Ibid. ad lin. ult.

Eadem (fortè) cum *Can Caò*, *Sinenſium Cleyeri Medicam. Simplic. Chinenſibus uſitat pag.* 25.

Fol. 171. *ad lin.* 2.

Gnaphaloides maritimum noſtras, ſeminibus arcuatis ſolidis.

Ibid. ad lin. 8.

Deleantur Fortè & quæ ſequuntur verba, viz Tzonpotonic ſ. Heliochryſum *Mexicanum*, *Hernandez apud Recc.* 233.

Ibid. poſt lin. 20.

Gnaphalium *Virginianum* ſubrotundis foliis, capitulo oblongo.

Ibid. ad lin. 24.

An Chryſocome flore albo minore, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 33.

Fol. 171. *poſt lin.* 33.

Gnaphalium *Ægyptiacum*, latiore folio ramoſius, flore ex albicante purpureo. Gnaphalio montano affinis *Ægyptiaca*, *CBP.* 264. Baccharis *Dioſcoridis*, *Rauwolfio. Hiſt. Lugd. app.* 33. *Cluſ. Hiſt.* . . . ex *Aleppo* nobis alata eſt. Chryſocome *Syriaca*, flore atrorubente, *Breyn. Cent.* 146.

Ibid. poſt lin. 33.

Gnaphalium montanum elatius, floribus oblongis, amænè purpureis, *Marianum.*

Ibid. ad lin. 38.

An fortè Chryſocome flore aureo amplo, Conyzæ mediæ foliis, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 32.

Ibid. ad lin. 40. *add.*

Vid. *Phytograph. Tab.* 323. *fig.* 1. An Chryſocome flore albo majore, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. 33.

Ibid. ad lin. 42.

Gnaphaloides *Luſitanicum Turnefortij Elem. Bot.* . . .

Fol. 172. *ad lin.* 4.

An Chryſocome Impia, ſ. Filago dicta prima vel altera, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Faſc.* 21.

Ibid. ad lin. 5. *poſt JB. add.*

Tom. 3. 159. Item Gnaphalio vulgari ſimilis, *ejuſd. ibid.*

Ibid. ad lin. 9.

Filago vulgaris tenuiſſimis foliis erecta, *Turnefortij, Elem. Bot.* 360.

Ibid. poſt lin. 9.

Gnaphalium minimum tenuifolium, è *Monte Tabulari D Stoneſtreet.*

Ibid. poſt lin. 13.

Gnaphalium minus *Æthiopicum*, valdè tomentoſum, capitulis nigris ſtrigoſis. Huic referendum exiſtimo Gnaphalium ſupinum, Lavendulæ folio, *Bocc. pag.* 107. *Tab.* 85.

Ibid. poſt lin. 18.

Gnaphalium minus erectum, oblongis & anguſtis foliis, floribus argenteis. Velacaumboo *Malabarorum*, à præcedenti vel in paucis diſcrepare videtur.

Gnaphalium minus erectum, floſculis palleſcentibus, ſummo caule glomeratis, ex *Inſulâ Sanctâ Helenâ.*

Gnaphalium *Æthiopicum* minus, ſubrotundis foliis, maximè tomentoſis, ſummo caule ramoſius, floribus argenteis, à *D. Stoneſtreet* accepimus.

Ibid. poſt lin. 20.

Gnaphalium *Æthiopicum* ramoſum, floſculis aurantiacis, ſ. Gnaphalium Elichryſoides, comis aureis, ex *Promont. Bon. Spei.* atque etiam ex *Oris Coromandel* habuimus.

Gnaphaloides *Æthiopicum*, fruteſcens, ſtæchadis citrinæ foliis ſpinoſis, ſummo ramulo floribus albis, duriuſculis, arctè conglomeratis.

Gnaphaloides *Americanum* lignoſum, Salicis brevioribus, & viridibus foliis, per longitudinem caulium, tomento ſeu cotone ad foliorum exortus, denſiùs glomerato. An Herba lanuginoſa *Braſiliana, Piſon.* 230. Zazanaca (fortè) *Mexicenſibus, Hernand. apud Recc. fol.* 184.

GOAN herba cujus radix lavando corpori inſervit, *ex Carolina.* Quæ etiam ab *Ind. Orient.* (ut audio) aliquando adfertur. Fortè Coſti quoddam genus, Zingiberis radicibus ſimiles, ſuavitèr olens. An fortè Kuikiu ſive Xinkieu radix *Sinica D. Wilhelm. ten Rhine Diſſertat. de Anthritid. pag.* 108. ubi *Icon* exhibetur. Quæ Piſcinæ, injecta, odore ſuo piſces gregatim allicit, ex *ejuſd. Mantiſſ. Schematic. pag.* 156. Adeo odorata exiſtit hæc radix, ut ſola manuum attrectatione ſine ullo ſubjecto igne ſuaviſſimum ſpirat odorem Citrij & Jaſmini *Catalonici* æmulum, ſi non ferè inerrabilem, non neceſſe eſt ad ſuffitus adoleri flammis; ſola preſentia cubilo, aut cœnaculum, quantum quantum ſit, odore complet; ob cujus fragantiam à pluribus multùm æſtimatur. An Tagari radix in *Naupan* pro lavando corpore, *CBP.* 91. *Part.* 4. *Ind. Orient. cap.* 8. Fortè etiam Tauzarghent radix odorata, *Scaligeri Exercit.* 142. *JB. Tom.* 1. 481. Occidentalis enim *Mauritaniæ*, quoqùe alumna eſt. An Radix *Americana* Iridis *Florentinæ*

fragrantia

fragrantia æmulans, cujus ſucco *Apalachites*, ut a pediculis ſint immunes, & benè oleant, ſua corpora frequentèr lavant, *D. Rochefort Hiſtoire des Antilles, pag.* 358. Coſtus Iridem redolens, *Caſp. Bauh. Theatr. Botan. fol* 673 ?

Fol. 172. *ad lin.* 25.

Ychcaxihuitl ſive Goſſipium, *Hernandez apud Recc.* 308.

Ibid. ad lin. 34.

Goſſipium arboreum, flore atro purpureo, *PBP.* 337.

Ibid. ad lin. ult.

Hùc fortè ſpectat Cacanquahuitl, ſivè Signi arbor, ab aliis Pochotl vocata, *Nierembergij* 326. Goſſipum arboreum maximum ſpinoſum, folio digitato, lanâ ſericeâ griſea, *Cat. Jam.* 159. Ubi res omnino diverſas pro iiſdem malè accipit Autor ; nunc Rubus exoticus, *CBP.* Nunc Ceyba de *Oviedo*, nunc Saámouna velit, quæ dicta tam varia, non parvam fidem faciunt, ſe ignoraſſe quidnam eſſet Saamouna, quidnam Rubus exoticus, &c. Hic ſanè ubique toto ſuo Catalogo, plurima excripſit fruſtrà, malè annexo ad unamquamque ferè Herbam & Arborem, nominum acervo.

Fol. 173. *poſt lin.* 7.

GRAMEN ſparteum, ſpicis Cupreſſi formibus numeroſis, ad caulium nodos ex utriculis irrumpentibus. Colletteepillee *Malabarorum.*

Gramen ſparteum avenaceum pumilum, *Indiæ Orientalis*, Ravanameſe *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. 9.

Gramen ſparteum *Virginianum*, ſpicâ ſecalinâ.

Ibid ad lin. 16. *add.*

Ponnepillee *Malabarorum*, *ad lin.* 23. *pro* Amethyſtinis *pone Cyaneis.*

Ibid. ad lin. 26.

An Gramen dactylon bicorne, ſpicis purpuraſcentibus minus, *Cat. Jam.* 34.

Ibid. ad lin. 29.

An Gramen dactylon bicorne, ſpicis purpuraſcentibus majus, *Cat. Jam ibid.* ad *calcem.* Iſchæmonum, ſeu Digitatorum, hoc & proximè præcedens Gramen, reponi debent.

Fol. 174. *poſt lin.* 3.

Gramen bromoides, ſive Avena ſterilis *Indæ Orient.* Torapo *Malabarorum.*

Gramen feſtucarium, ſ. Feſtuca avenacea ſterilis, ſpicâ prælongâ, ſpadiceâ, ex *Inſulâ Johannâ.*

Ibid. poſt lin. 7.

Gramen avenaceum, *Marianum* purpureum, ſparſâ, paniculâ, pulchrâ.

Ibid. ad lin 16.

An Gramen avenaceum, pæniculâ minùs ſparſâ, cujus ſingula grana tres ariſtas longiſſimas habent, *Cat. Jam.* 35.

Ibid. poſt lin. 23.

Gramen frumentaceum parvum, articulatâ ſpicâ ſimplici, plurimis granis uno verſu ad internodia ſeſſilibus, ex *Inſula Johanna.*

Ibid. poſt lin. 25.

Gramen paniceum *Virginianum*, majoribus granis, ſpicâ ſimplice molli.

Gramen paniceum parvum, ſpicatum, *Boeticum.*

Fol.

Fol. 174. *poſt. lin.* 28.

Gramen paniceum, ſpicatum, aſperum, latiori folio, *Indiæ Orientalis.* Peapillee *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. 37.

Gramen paniceum diſtachyophoron, ſ. ſpicâ gemella, binis granorum ordinibus, uno verſu conſtante *Ind. Orient.* Ponnevaragupille *Malabarorum.*

Gramen paniceum, ſpicâ ſimplici, ad caulem intervallatâ, binis granorum ordinibus uno verſu conſtante *Americanum.*

Ibid. ad lin. 38.

An Gramen Cyperoides polyſtachion, ſpicis ad nodos ex utriculis, ſ. foliorum alis echinatis prodeuntibus, *Cat. Jam.* 36.

Fol. 175. *ad lin.* 2.

Fortè Catechu *Officinarum.*

Ibid. ad lin. 12.

Gramen dactylon procumbens, craſſum, & viridius, culmo reclinato, *Cat. Jam.* Ubi ineptè quæritur, an ſit Gramen Iſchæmon, *Bermudenſe* ſpecioſius, foliis brevibus, obtuſis, *Phytogr. Tab.* 245. *fig.* 1.

Ibid. ad lin. 16.

An Gramen dactylon ſpicis gracilioribus, plerumque quatuor, cruciformiter diſpoſitis, *Cat. Jam.* Hoc etiam ex *India Orientali* aliquando habuimus, ſub titulo Codemuttaugepillee *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 18.

An Gramen dactylon, ſpicis brevibus craſſis, plerumque quatuor, cruciformitèr diſpoſitis, *Cat. Jam.* Cavareecodder *Malabarorum*, & interdum Wootarepillepu, *eorundem.*

Gramen Iſchæmon *Ind. Orientalis*, panicula longâ, ſpicis gracilioribus, pallidis. Cumboopillee *Malabarorum* & interdùm, ſub nomine Caverrepille *ab iiſdem locis* accepimus.

Ibid. ad lin. 25.

Comacheepillee *Malabarorum.* Hoc quoque eſt Gramen aromaticum, & Schoenanthôs altera ſpecies.

Ibid. ad lin. 27.

An Gramen polydiſtachyophoron, lanuginoſum, *Hort. Catholic. Fr. Cupani* 90. & *pag.* 92.

Ibid. ad lin. 29.

An Gramen dactylon bicorne, tumentoſum, maximum ſpicis numeroſiſſimis, *Cat. Jam.* 33. Capupuba *Braſilianis*, Gramen plumeum, *Marcgr. fol.* 2. Item Gramen dactylon panniculâ longâ, ſpicis plurimis gracilioribus, & longis, *Cat. Jam.* 34. Item Gramen dactylon panniculâ longâ, è ſpicis plurimis gracilioribus, purpureis, vel viridibus mollibus, conſtante; *ejuſdem.* An Gramen Serpentarium *Zeylanicum, Horto Fageliano Breyn. Prodr.* 2. 54. Hujus enim noſtri folium Xerampelinum, maculis majoribus, atris, variegatum, haùd ſemèl obſervavimus, aſpectu jucundiſſimum.

Fol.

Fol. 175. *poſt lin.* 29.

Gramen Iſchæmon minus, prælongis ſpicis tenuiſſimis, *Americanum*, ex *Terrâ Marianâ*.

Ibid. poſt lin. 35.

Gramen dactylon ſupinum, folio arundinacec minimum. *ex India Orientali*. Colenarrunillu *Malabarorum*.

Ibid. ad lin. antepenult.

An Gramen dactylon elatius, ſpicis plurimis tomentoſis, *Cat. Jam.* 33. Item Gramen dactylon Alopecuroidis facie, paniculâ longiſſimâ, è ſpicis plurimis tomentoſis conſtante, *ejuſd.*. Ubi nimis ineptè quærendum proponitur; an ſit Gramen alopecuroides *Curaſſavicum*, ſpicâ longiſſimâ, ſericeâ, candidâ, *PBP.* 338. Hoc idem Gramen Iſchæmon, villoſis paniculis; ex *India Orientali*, accepimus, atque Poopillee à *Malabareis* nuncupatur.

Fol. 176. *poſt lin.* 5.

Gramen filiceum, *Indiæ Orientalis*, paniculis integris, ſ. non ramoſis, in prælongam ſpicam, uno verſu prorumpentibus. Narracuchapillee *Malabarorum*.

Ibid. poſt lin. 7.

Gramen paniculis elegantiſſimis, fortè Eragroſtis major, *CBP. ex Ind. Or.* Tulipillee *Malabarorum*.

Gramen amoris *Marilandicum* paniculis azureis.

Ibid. ad lin. 10.

An Gramini tremulo affine paniculatum, elegans, minimum, *Cat. Jam.* 34.

Ibid. ad lin. 12.

An Gramini tremulo affine paniculatum, elegans majus, ſpicis minoribus, & longioribus, *Cat. Jam.*

Gramen filiceum, ſ. *Amourets* ſpicâ longâ, variis minoribus, ſpiculis compoſitâ, ad unum latus ſpectante. Cauderepillepu. *Malabarorum*.

Gramen amoris *Indianum* panicula ramoſâ, è ſpicis vix perceptibilibus concinnatâ. Pangepillee *Malabarorum*.

Ibid. ad lin. 22.

An Gramen Miliaceum ſylvaticum maximum, ſemine albo, *Cat. Jam.* 34.

Ibid. ad lin. 24.

An Gramen Miliaceum majus, paniculâ minùs ſparſâ locuſtis minimis, *Cat. Jam.* Fortè etiam Gramen Miliaceum, paniculâ viridi, vel purpureâ, *ejuſd. ibid.*

Ibid. ad lin. 25.

Milium *Curaſſavicum* minimum *PBP.* 353.

Ibid ad lin. 27.

Gramen Miliaceum viride, foliis latis, brevibus, paniculâ capillaceâ, ſemine albo, *Cat. Jam.* 35.

Ibid. poſt lin. 27.

Gramen Milaceum minus *Virginianum*, granis grandioribus.

Gramen Miliaceum, Coodepilleepoo, *Malabarorum*.

Gramen Milaceum, paniculâ minùs ſparſâ, Challendenai, *Malabarorum*. Ex hujus foliis, in Oryzæ infuſo coctis, Oris collutio fit, in Anginâ ſummè utilis.

Fol. 176. *poſt lin.* 27.

Gramen Miliaceum, latiori folio *Virginianum*, jubâ diffuſâ, ſ. paniculâ arundinaceâ, tenui.

Gramen Miliaceum anguſtioribus foliis *Marianum*, paniculâ capillaceâ, ſparſâ.

Ibid. poſt lin. 29.

Gramen Arundinaceum minus elegans, Cuchemilepillu, *Malabarorum*.

Gramen Arundinaceum, paniculâ argenteis plumis tomentoſa, Naunelpu, *Malabarorum*.

Gramen agrorum, Venti Spica *Marilandica*.

Ibid. poſt lin. 31.

Gramen pratenſe majus, *Ind. Or.* noſtrati ſimile, paniculâ elegantiori; Nellematchepille, *Malabarorum*.

Gramen ſpicatum elegans, ſpicâ plurimis minoribus ſpicis cauli adnatis, compoſitâ. Narrecuchpille *Malabarorum*.

Gramen pratenſe minus, *Ind. Or.* noſtrati ſimile; Caudneupillee *Malabarorum*.

Ibid. poſt lin. 44.

Gramen minus Alopecuroides, *Gaditanum*, aliquantulum à *noſtrate* diverſum.

Fol. 177. *ad lin. penult.*

Gramen echinatum maximum, ſpicâ rubrâ vel albâ, *Sloane*, *Cat. Jam. ubi pro more, ſuo, quæritur*, àn Gramen geniculatum, foliis brevibus aculeos mentientibus, *Maderaſpatan. Phytogr. Tab.* 189. *fig.* 3. Cum nulla inter hæc Gramina, intercedat ſimilitudo.

Ibid. ad lin. ult.

Culmo reclinato, procumbit hoc genus. An Gramen maritimum echinatum procumbens, culmo longiori, & ſpicis ſtrigoſioribus, *Cat. Jam.* 30.

Fol. 178. *ad lin.* 9. *add.*

Tuneaddepillee *Malabarorum*.

Ibid. poſt lin. 12.

Gramen Cyperoides *Marianum*, Junci paniculâ ſparſâ.

Graminis Cyperoidis ſpecies minor *Indiana*, paniculâ Junci compactâ minore, Shegapucorea *Malabarorum*.

Ibid. ad lin. 15.

Tagatacoräe *Malabarorum*.

Ibid. poſt lin. 15.

Gramen Cyperoides hirſutum, ſpicis plurimis, ſummo caule glomeratis, glumarum apiculis recurvis, *ex Virginiâ*.

Gramen Cyperoides *Virginianum*, ſpicis integris non ſquammatis, accipibus in furcam deſinentibus, faſtigio caulis, glomeratis.

Gramen Cyperoides *Marianum*, Tamariſci *Belgarium* pericarpiis, ad intervallum calami conglomeratis.

Ibid. ad lin. 17.

An Gramen Cyperoides, paniculâ conglomeratâ, è plurimis ſpicis cineris, conſtante, *Cat. Jam.* 36.

Fol.

Fol. 178. *ad lin.* 19.

An Juncus Cyperoides, culmo compreſſo, ſtriato, radice odoratâ, tuberoſâ, capitulo rotundo, compacto, *Cat. Jam. ibid.*

Ibid. poſt lin. 28.

Gramen Cyperoides *Marianum*, habitioribus, teretibus, & compactis Cupreſſiformibus ſpicis, ad ſummum caulem, pediculis innitentibus.

Gramen Cyperoides *Indiæ Orientalis*, ſpicâ Cupreſſiformi, cochleatâ, proliferâ, feminis glumâ binis aculeis denticulatâ; ſ. Gr. Cyperoides cochleatum, bidens. Cooppucoräe *Malabarorum*.

Ibid. ad lin. antepenult.

An Gramen Cyperoïdes minimum, ſpicâ ſimplici, compactâ, radice tuberoſâ, odoratâ, *Cat. Jam.* 36.

Fol. 179. *poſt lin.* 3.

Graminis Cyperoides ſpecies major, Vaudemaulecode, *Malabarorum*.

Gramen Cyperoides citratum, *Ind. Or.* foliis odore corticum Citri; Vaſnapillee *Malabarorum*. Narcaphthum ſeu Naſcaphthum (fortè) *Dioſcoridis*, quod jucundi odoris gratiâ ſuffitur, & Thymiamatis miſcetur, *lib.* 1. *cap.* 22. Hoc autem corticoſum eſſe dicitur, Mori libro ſimile. Et ſanè Narcaphthi hiſtoriam adeò paucis perſtrinxit Author, ut quid rei ſit difficillimum eſt ſtatuere, hujus neque *Galenus*, neque *Ætius*, neque *Plinius*, neque *Theophraſtus* meminêrunt; Recenſet quidem *Theophraſtus* Narram, inter Aromata, quæ unguentis miſcentur, *lib.* 9. *de Hiſt. Plant.* Eſſe autem Narram, eandem cum Narcaphtho, *Manardus* ſuſpicatur potius, quam certum decernat, *lib.* 9. *Epiſt.* 3. An igitur rectius Carpeſium ſit *Galeni*; qui in *libro ſuo de Theriac. ad Piſonem*, ſcribit, Carpeſium eſſe feſtucas quaſdam tenues aromaticas, ſimiles in guſtu *Phu*, (i. e.) radici odoratæ cujuſdam herbæ, quam nonnulli illam eſſe opinantur, quæ vulgò *Valeriana* dicitur; licet non omnia quæ de *Phu* ſcribit *Dioſcorides*, *Valerianæ* conveniant. Sed re verâ brevior eſt hujus quoque deſcriptio, quam ut aliquid certi indè haberi poſſit.

Ibid. ad lin. 4.

An Gramen Cyperoides minimum, ſpicis pluribus compactis, ex oblongo, rotundis, *Cat. Jam.* 36.

Gramen Cyperoides, ſpicâ longiore compreſſâ, glumarum marginibus argenteis, Maſhecoräe *Malabarorum*.

Ibid. ad lin. 7.

An Gramen Cyperoides majus, ſpicis ex oblongo rotundis, compactis, ferrugineis, *Cat. Jam.* 36.

Gramen Cyperoides, paniculâ dactyloide, ex *Inſulâ Johanna*.

Gramen Cyperoides *Orientale*, paniculâ elegantiſſimâ, ſpiculis Graminis amoris, in glomerulos conflata. Neercorea *Malabarorum*.

Gramen Cyperoides, an potius Cyperus *Indica*, Graminis Amoris ſpicis plurimis, in ſummitate caulis.

Ibid. ad lin. 9.

An Cyperus paniculâ maximè ſparſâ, ferrugineâ, compreſſâ, elegantiſſimâ, *Cat. Jam.* 35. Fortè Gramen Cyperoides minus, paniculâ ſparſâ ſpadiceâ, ex *Inſula Coracao Breyn. Prodr.* 2. 53.

Fol. 179. *ad lin.* 9.

Gramen Cyperoides *Virginianum*; elatius, paniculâ ſpadiceâ, minùs ſparſâ, radice tuberoſâ. An Cyperi genus *Virginianum.*

Gramen Cyperoides minus, Junci compacto capitulo albo, globoſo, ex *Oris Coromandel.*

Gramen Cyperoides Lithoſpermi ſemine, *Virginianum.*

Ibid. poſt lin. 11.

Gramen Cyperoides, paniculâ Junceâ, *Æthiopicum.*

Gramen Cyperoid. *Ind. Or.* foliis hirſutie pubeſcentibus, intervallatâ paniculâ pulchrâ, Poonarrepille *Malabarorum.*

Gramen Cyperoides *Orientale* perpuſillum, capitulis ſubrotundis, hiſpidis, plèrumque gemellis. Vanamalleecoddee *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 18.

Gramen eriophoron. *Africanum*, flore lanato, Gladiolo vel Siſynrichio fortè affinis, flore flocculoſâ lanugine fimbriato. Hæc reverâ eſt, Perfoliato anguſtifolio montano *Columnæ* ſimilis, Planta umbellifeta nova, fructu triplici membranaceo, *Capit. Bon. Spei. Breyn. Faſc.* 25.

Ibid. ad lin. 22.

An Gramen Cyperoides majus aquatic. paniculis plurimis junceis, ſparſis, ex oblongo rotundis, ſpadiceis, *Cat. Jam.*

Ibid. poſt lin. 29.

Gramen junceum *Orientale*, ſ. Juncus foliaceus elatior, paniculâ magis ſparſâ, Arnacorea *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 31.

An Gramen Cyperoides ſylvaticum, maximum, geniculatum, aſperius, ſemine Milii ſolis, *Cat. Jam.* 36.

Ibid. poſt lin. 41.

Gramen junceum *Ind. Orient.* majus, capite rotundo, ex ſpiculis paleaceis, ſummo caule glomerato. Shaneecoree, *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. ult.

Gramen junceum *Ind. Orient.* minus, capiculo rotundo, ex paleaceis ſpiculis, in cacumine caulis glomerato; Graminis bufonij æmulo. Callapillee *Malabarorum*, cum proximè præcedenti plurimùm convenit.

Fol. 180. *poſt lin.* 8.

Gramen ſpicatum floridum, Orchidis facie, *Prom. Bon. Spei.* An Gramen triglochin bulboſum, *Monomotapenſ. Breyn. Faſc.* 24.

Ibid. ad lin. 11.

Hûc fortè accenſeri meretur Gramen omnium minimum, loculis Lunariæ *Græcæ*, *Boccon. Muſ. Plantar. Tab.* 59. Gramen capſulis Lunariæ *Græcæ* donatum, articulat. minimum, à tenuiſſimo pediculo pendentibus, uno verſu diſpoſitis, *Bononienſis, ejuſd. pag.* 69.

Ibid. ad lin. 18.

Ad hunc Plantarum Claſſem conſociari velim Atehuapatli, ſ. Herba naſcens juxtà rivos, *Hernandez apud Recc.* 264. Sub nomine Gratiolæ Scordioïdes *Mexicanæ* radice reticulatâ. Ut & Chichica-Quilitl, *Novæ Hiſpan. Terentii apud eundem*

eundem Recc. 364. Sub hoc titulo, viz. Gratiola Scordioïdes *Americana*, latiori folio, caule geniculato. Videtur etiam Chiantzolli alia, *Hernandez apud Recc.* 234. Inter *Gratiolarum* Cohortes militari.

Ibid. ad lin. 28. *add.*

Yellechellendenai *Malabarorum.* Huic etiam Nir-Schulli, *Hort. Malabaric.* accedens è *Coromandel, hujus Almageſt. fol.* 264. proximè accedit.

Ibid. poſt lin. 28.

GRATIOLÆ affinis *Coromandeliana*, Digitalis æmula, folio Clinopodij, capſulis bivalvibus, in laxiorem ſpicam congeſtis. Huc fortè ſpectat Valli-upudali, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 45. Hujus autem folia ſunt majora, & piloſa, proindè nuncupatur à *Commelin. Not. in loc.* Digitalis affinis *Malabarica*, folio piloſo.

Ibid. ad lin. 33.

Deleantur quæ ſequuntur verba, viz. *Indiæ Occiduæ* Palmæ ſanctæ ſimilis arbor, *Adv. Lob. & Icon.*

Ibid. ad lin. 34.

Inquirendum propono, an Panitsjika-maram, *Hort. Malab. Part.* 3. *Tab.* 41. (i. e.) Janipaba, *Piſonis lib.* 4. *cap.* 16. ut cenſet *Commelinus in Not.* & Junipapeeywa *Braſilienſibus, Cluſ. exot. lib.* 1. *cap.* 10. ſit de hujus genere Plantarum, vel non ; Genipat *Theveti* (inquit *Commelinus*) ſi non Panitsjika-maram, ſaltèm ſpecies hujus eſt. Inſuper *J. Bauh. Hiſt. Pl. Tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. & 5. plura hujus Arboris genera, è variis *Autoribus* collecta, recenſet.

Fol. 181. *ad lin.* 7.

Hùc fortè pertinent Igbucami *Braſilianorum, de Laet. Ind. Occid. lib.* 16. *cap.* 11. Caoup *Maragnanæ Inſulæ, ejuſd. ibid.* item Agouti-treva *ejuſd. Inſulæ, Laëtij ibid.*

H.

Fol. 181. *ad lin.* 13.

HUC fortè ſpectat Cenanam de Quahuna-hoac, *Nov. Hiſpan. Terentij apud Recc.* 361. ut & Quauthlayexochitl apud *eundem fol.* 404.

Ibid. poſt lin. 20.

HEDERA monophyllos *Virginiana*, umbilicatis foliis baccata, officulo compreſſo, lunato, ſingulari. Baccifera officulo compreſſo lunato, Planta *Virginiana* caudice lento, ſcandente, foliis hederaceis, Naſturtij *Indici* more umbilicatis, *Baniſt. Cat. Mſſ.*

Ibid. ad lin. 23.

Toxicodendron triphyllum glabrum, *Elem. Bot.* 483.

Ibid. ad lin. 30.

Toxicodendron triphyllum, folio ſinuato, pubeſcente, *Tournefortij Elem. Bot.* 483.

Fol. 181. *poſt lin.* 30.

Hedera ſurrecta triphylla, medio folio Querciformi, *Virginiana*, ex ſeminibus ortam conſpeximus, *in Hort. Med. Chelſeiano.*

Ibid. ad lin. 36.

Poſt vocem *Orientalis adde* Coryli foliis.

Ibid. ad lin. ult. add.

Coodewengee *Malabarorum.*

Fol. 182. *ad lin.* 2.

Abutilo affinis arbor, Althææ folio, cujus fructus eſt ſtyli apex auctus, quatuor vel quinque ſiliquis hirſutis, funis adinſtar in ſpiram convolutis, conſtans, *Cat. Jam.* 97. Hæc pro Helicteride noſtrâ *Occidentali*, ponitur: Atqui vero ab Autore ſagaci, quoad morem uſitatum ibi quærendum proponitur, an ſit Iſocamurri, *Hort. Malab.* (i. e.) Helicteres noſtra *Orientalis*, proximè præcedens in *Almageſto.* Ubi hoc artificio, & callidâ inſinuatione, has duas inter ſe ſpecie plurimùm diſtinctas, & nobiles Plantas, malè confundere moliretur.

Ibid. ad lin. 5.

An Heliotropij flore, Frutex baccifer racemoſus, folio rugoſo, fætido, maximo, ſubrotundo, hirſuto, fructu albo, *Cat. Jam.* 173. Heliotropium fruteſcens *Curaſſavicum*, odore Salviæ, *PBP.* 340. Aguaraquinha fortè *Braſilienſium*, *Piſonis* 229.

Ibid. ad lin. 8.

Variat aliquando foliis anguſtioribus. Hæc autem eſt Planta capſularis, monente inſigni *Botanico*, *D. Stoneſtreet*, capſulam triquetram, multa ſemina parva in ſe continentem, ferens.

Ibid. poſt lin. 8.

HELIOTROPIUM majus cæruleum, Cannæ *Indicæ* anguſtifoliæ facie, ex *Terrâ Marianâ.*

Heliotropij genus *Marianum*, Mercurialis folio anguſtiori.

Ibid. ad lin. 10.

Heliotropium arboreum maritimum tomentoſum, Gnaphalij *Americani* foliis, *Cat. Jam.* 93.

Ibid. ad lin. 16.

Heliotropium maritimum minus, folio glauco, flore albo, *Cat. Jam.* 94. Ubi Autor de hujus plantæ Synonymiis, ex *Phytographiâ noſtrâ*, enumerationem pangit, qui tamen eam non citat, ſed pro ſuis venditat, gaudens magis alienis ornari plumis, quam Creditori ſuo honorem ferre debiti.

Ibid. poſt lin. 29.

Heliotropij affinis, Balſaminæ fæm. folio, Planta capſularis, ex *Terrâ Marianâ.*

Ibid. poſt lin. 35.

HELLEBORINE *Mariana*, Bupleuri anguſtiſſimo folio, purpuraſcente flore, caule aphyllo; ab hâc parùm diſtat Helleborine anguſtifolia, flore rubente, *Virginiana*, *Baniſteri.*

Ibid. poſt lin. 39.

Helleborine *Mariana*, flore pallide purpureo, trianthophoros.

Helleborine *Mariana* Monanthos, flore longo purpureſcente liliaceo.

Fol.

Fol. 182. *poſt lin.* 39.

Helleborines affinis, Planta *Mariana*, Herbæ *Paridis* facie, quinquefoliata.

Ibid. poſt lin. ult.

Helleborine *Virginiana*, flore rotundo magno, ex purpuro-albicante, *Baniſt. Cat. Mſſ.*

Helleborine Calceolus dicta, *Mariana*, foliis binis è radice, ex adverſo prodeuntibus, flore purpureo.

Helleborine Calceolus dicta, *Mariana*, flore gemello candido, venis purpureis ſtriato. *Binis quoque foliis hæc prædita eſt, alterum ad radicem, alterum ad caulem alterno ſitu promens, cujus florum petala ſunt multò latiora, & breviora, cæteris hujus ſortis. Æſtivo tempore floret.*

Helleborine Calceolus dicta, *Mariana*, Lilij convallium folio unico, caule tomentoſo, floris Utriculo maximè elongato.

Fol. 183. *poſt lin.* 2.

Helleborine *Virginiana*, flore rotundo luteo, purpureis lines ſtriato, *Baniſteri.* The Wolkaſin Flower.

Helleborine Calceolus dicta, *Mariana*, caule folioſo, flore luteo minore. *Menſe Julij floret.*

Helleborines affinis *Æthiopica*, flore albo, tetrapetalo.

Helleborines affinis *Æthiopica*, parva planta, tripetalos.

Helleborines facie, Planta hexapetala, Graminis *Parnaſſi* floribus, *Orientalis.* Madelvelladee *Malabarorum.*

Ibid. poſt lin. 4.

Helleborus albus minor botrytis, Ephemeri phalangoides *Virginiani* foliis, magnâ ſui parte caulem vaginantibus, floribus amplioribus atro purpureis, *ex Angola.*

Ibid. poſt lin. 12.

HERNIARIA Alſinites annua major, *Griſlerij Virid. Luſit.* Ab Alſine maritinâ Centum granâ craſſiore folio perenni, *Almag. noſtri fol.* 20. plurimùm diverſa. Hujus exemplar in *Horto* ſpectatiſſ. viri *D. Uvedal, Enfeldiæ*, collegimus.

Fol. 183. *ad lin.* 19.

Draba maritima repens cærulo-purpurea, quibuſdam Leucoium marinum alterum, latifolium, purpuro-violaceum, *Lob Obſ. & Icon.* Leucoium marinum alterum latifolium, *Lobelij, Hiſt. Ludg. fol.* 1360. An Leucoium maritimum minus, Heſperis quorundam, *ejuſdem Hiſt. Lugd.* quæritur à *Caſp. Bauh. in Pinace*, 202.

HESPERIS *Virginiana* Cochleariæ folio, flore albo ampliore; an Cochlearia flore majore, *Baniſter. Cat. Virg.*

Heſperis *Virginiana*, Naſturtij *Babylonici* foliis, lætè virentibus. Plurimis convenit proximè præcedenti; folia habet longiora magis dentata, vel ſinuata potiùs, & flores paulò minores. Ad Naſturtia fortè utræque rectiùs relegandæ.

Heſperis *Hiſpanica*, Leucoij foliis, ſummâ ſiliquâ corniculata, ſive lunata, *in Hort. Med. Chelſeiæ*, ex ſeminibus à laudato *D. D. Preſton* communicatis, obſervavimus; à ſubſequenti autumo haud multùm diſpar.

Heſperis parva, prælongo & rariùs dentato folio, floribus magnis, peramœnè cæruleis. Sub Keiri nomine, ex *Aleppo*, *Herbarij Vivi ad eundem locum collecti.*

Huic

Huic quodammodo convenit, & fortè idem eſt, Eruca purpurea, aliis cærulea, ſ. Viola petræa, *J. B. Tom.* 2. 865. qui inter Plantas ſiccas *D. Agerij* comperit eam dici Violam petræam à *D. Hardero.* Fortè etiam Heſperis *Pyrenaica* longifolia, hirſuta, odorata, *Schol. Bot.* 93. An Leucoium *Luſitanicum* purpureum, foliis eleganter dentatis, *PBP.* 346.

Ibid. ad lin. 23.

Leucoium luteum aizoïdes montanum, *Fab. Column. Ecphraſ. Part.* 2. Burſa paſtoris alpina, roſea, lutea, folio craſſiuſculo, Sedi vermiculati more, ſed hirſuto, loculo oblongo, itidem hirſuto, *Hiſt. Oxon.* 306. (i. e.) Paronychia Myoſotis lutea, &c. *Almageſt, Bot. fol.* 281.

Fol. 183. *poſt lin.* 26.

HEXAPETALA ſpicata, Siſynrichij foliis, floribus in longiorem ſpicam diſpoſitis; Ullarehan *Malabarorum.* Hyacinthi fortè ſpecies *Indiana.*

Ibid. ad lin. 27.

An Hieracium fruticoſum, anguſtiſſimis gramineis foliis, capitulis parvis, *Cat. Jam.* 123.

HIERACIUM *Africanum*, latiori Bupleuri folio, flore Piloſellæ, ad caulium nodos lanuginoſum.

Ibid. poſt lin. 41.

Hieracium *quintum* villoſum *Cluſ. Hiſt.* 2. *fol.* 141. Hieracium (fortè) montanum tomentoſum, *HRB. pag.* 95.

Hieracium *Africanum* bulboſum, Piloſellæ flore ſingulari, foliis rariùs dentatis, caule ad radicem valdè tomentoſo. Chondrilla bulboſa *Africana.*

Ibid. poſt lin. ult.

Hieracium *Marianum*, Pulmonariæ *Gallicæ* ſubrotundis foliis, Lactucæ floribus parvis.

Fol. 184. *poſt lin.* 2.

Hieracium umbellatum *Africanum*, piloſiſſimum, Doronici rotundioribus foliis, amplexicaule, floribus ſaturatè croceis: Huic autem ad radicem folia ſunt longiora, pediculis donata.

Ibid. ad lin. 13.

Sonchus *Tingitanus*, Papaveris folio, *Turnefortii Elem. Bot.* 377.

Ibid. poſt lin. 13.

Hieracium *Marianum* perelegans, Lapathi venis ſanguineis inſcripti foliis, flore parvo flaveſcente.

Hieracium *Indicum* Sonchifolium, caule nudo, flore albicante. An Yztac-Cihuatl, ſive Fœmina candida, *Hernandez apud Recc.* 208. *In Horto rarioribus Plantis ornato. Doctiſſ. viri D. Uvedale Enfeldiæ* cultum obſervavimus. An fortè Lactuca ſylveſtris pumila, *Parkinſ.* 1622. a *Monarde* ad dolorem dentium ſedandum celebrata.

Hieracio ſimilis, *Ind. Or.* umbellatis floribus, radice craſſâ, & carhoſâ, Paringehekka *Malabarorum.* A medico ejus uſu, & ſimilitudine externâ, China radix à *Noſtratibus illic commorantibus* nuncupatur.

Hieracium aſperum *Hiſpan.* foliis ad radicem Raphani ſativi, flore luteo ſingulari.

Fol.

Fol. 184. *poſt lin.* 17.

Hieracium Chondrilla dictum, *Canarienſe*, Crupinæ *Belgarum* foliis tenuiſſimè laciniatis.

Ibid. poſt lin. 24.

Hieracium Intybaceum, foliis ad oras hirſutie hiſpidis, latiore baſi in alas elongatis, abſque petiolo caulem amplectentibus. Senecio hirſutus, *CBP.* 131. Erigerum tertium *Dodon. edit. Lat.* 641. Erygeron tomentoſum, *Lob. Icon.* 226. Erigeron tomentoſum alterum, *Gr. Emac.* 279. Cichorium fœtidum a nonnullis vocatum. Hoc verò maximè diverſum cenſeo à Cichorio pratenſi luteo læviori, *CBP.* 126. (i. e.) Dentis Leonis tertia Species, *Dodon.* 636. *Tabernæm Icon.* 175. Hieracium luteum glabrum, ſeu minùs hirſutum, *JB. Tom.* 2. *Part.* 2. 1024. Quæ itidem differt ab Hieracio foliis & facie Chondrillæ, *Lob. Icon.* 239. quæ nec debet confundi cum Hieracio Chondrillæ folio glabro, *CBP.* 127. ſive Hieracio Aphacoide, *Tabern. Icon.* 182. utcunque à *Joanne Bauhino* omnes confunduntur.

Hieracium aſperum, ex *Siciliâ Horti Uvedalenſis.*

Ibid. poſt lin. 37.

Hieracij peculiare genus Coridis folio, *Æthiopicum*, ſeminum pappis denſiùs radiatis. An Eupatorio affinis, ſuffrutex Ericoides capitatus, Coris ſ. Juniperi folio, *Capit. Bon. Spei. Breyn. Faſc. rar.*

Fol. 185. *ad lin.* 11.

Poſt vocem *Gomerâ add.* quæ una eſt ex *Fortunatis. Ad lin.* 12. *add.* An Sclarea *Luſitanica* glutinoſa, ampliſſimo folio, *Turnefort. Elem. Bot.* 148.

Ibid. ad lin. 24.

Poſt *CBP. add. Park. Theatr. Plantar.* 57. *Ad lin.* 31. *poſt* inventum eſt, *add.* Horminum ſylv. vulgare, ſ. Oculus Chriſti, *Park. Theatr.* 55. & in *append.* 1680. ubi hujus *Icon.* exhibetur, ſed minùs accuratè exſculpta.

Ibid. ad lin. 33.

Horminum ſylveſtre incanum, flore albo, *Park. Theatr. Plant.* 55.

HORMINUM *Virginianum*, latioribus foliis diſſectis, floribus purpureis.

Ibid. poſt lin. 36.

Horminum parvum *Marianum*, rapiſtri foliis hirſutioribus.

Horminum *Virginianum* minus glabrum, folio Rapiſtri lineis purpureis virgato, floribus parvis longo tubulo donatis. An rectius de Sideritidum cenſu exiſtimandæ ſunt.

Ibid. ad lin. 38.

Si folia alterno ſitu poſita non repugnarent, eandem hanc eſſe plantam ſuſpicarer cum Maro *Ægyptiorum*, *Proſp. Alpini. de Pl. exot. p.* 253.

Ibid. poſt lin. 40.

Horminum Meliſſophyllon, *ex Terrâ Marianâ*, ſpicâ longâ gracili.

Fol. 186. *ad lin.* 1.

Poſt vocem, *Dalechamp. leg. Hiſt. Lugd.* 1121. *ad lin.* 23. *lege* An Hormino affinis, foliis anguſtis glabris, *Cat. Jam.* 65.

Fol.

Fol. 186. *ad lin.* 4.

Ab hâc quoque non prorsùs abhorrere videtur Horminum nigrum, rugoso, hirsuto Mentastri, aut Scorodoniæ folio, *Boccon. Mus. Pl. pag.* 163. *Tab.* 130.

Fol. 187. *post lin.* 18.

HYACINTHO affinis *Africana*, caulescens, Polygonati plicatis foliis, ex medio caule pediculum didorum, floribus cœruleis, peramplis odoratis, prælongo collo gracili, singulis inter bina foliola exeuntibus, spicatum, literaliter emittens. Hanc pervenustam, raram, & prorsùs novam plantam, in fictili vase cum floribus superbientem, primò ostendit nobis humanissimus Vir, & rerum Naturalium Æstimator eximius, *D. Jacobus Ayré*, qui hujus bulbum habuit, inter alia curiosa, à *Promont. Bon. Spei* sibi allatum.

Fol. 189. *post lin.* 5.

HYPERICUM pumilum sempervivens, caule compresso ligneo, ad bina latera alato, flore luteo tetrapetalo; Crux *Sancti Andrææ D. Banister. Cat. Stirp. Virginiens.* St. Andrew's-Wort.

Ibid. post lin. 10.

Hypericum minus *Arabicum*, ramosissimum, angustis longioribus foliis, floribus parvis, *ex Aleppo.* An Hypericum *Syriacum Ger. emac.* 539.

Ibid. post lin. 12.

Hypericum *Virginianum* ramosius, parvis foliis, floribus exiguis.

Ibid. ad lin. 17.

An fortè Tamoxo suffrutex, *Clusio*, *JB. Tom.* 1. *lib.* 10. *fol.* 359. Frutex exiguis foliolis confertus, *CBP.* 479. Fortè etiam Hypericum humile procumbens, multicaule, densè fruticans, Cupressiforme, vulgo *Pirico â Macchia Hort. Catholic. Fr. Cupani*, *pag.* 100. An Coris lutea Ericoïdes fruticans, *Hispanica*, *Boccon. Mus. Plantar. pag.* 83. *Tab.* 74.

Ibid. ad lin. 28.

An forsan Androsæmon, amplo perfoliato folio, *Boccon. Mus. Pl. pag.* 164. Androsæmum Sambac perfoliato folio, *ejusd. Tab.* 127.

Hypericum latiori folio, s. Androsæmum perforatum elegans, flore carneo *Marilandicum.*

Hypericum ramosum, amplioribus subrotundis, crenatis foliis, *Americanum*, floribus luteis. An fortè Hypericum fruteścens luteum, Phillyreæ foliis *Virginianum*, *Banister. in Horto Comptoniano Fulhamiæ*, curâ industrij Hortulani *Johannis Adams*, ex seminibus enutritum observavimus.

Fol. 190. *post lin.* 7.

Hypericum parvum *Virginianum* caule quadrato, sive Ascyrum minimum, *D. Banister. Cap. Stirp. Virg.*

Ibid. post lin. 10.

Hypericoides ex *Terrâ Marianâ*, floribus exiguis luteis.

Ibid. post lin. 13.

HYSSOPHOLIA, flore albo, ex *Provinciâ Marianâ.*

I.

Fol. 190. *ad lin.* 23.

HUIC noſtræ haùd admodum diſſimilem plantam, excepto floris colore, *D. Bocconus* pinxit *in Muſ. Pl. Tab.* 76. Sub nomine Jaceæ majoris, Pineis foliis, luteo flore, capite ſpinoſo.

Ibid. ad lin. 34.

Jacea altera non ramoſa, tuberoſâ radice, foliis latioribus, flores ferens pauciores, majores, ſquammis hiantibus armatos, & pediculis curtis inſidentes, *Baniſter. Cat. Virg.*

Ibid. ad lin. 36.

Jacea *Virginiana*, Leucoij petræi folio rigido, floribus pulchrè purpureis, ad nodos caulium in laxiorem ſpicam diſpoſitis. Jacea ramoſa, tuberoſâ radice, foliis plurimis rigidis, peranguſtis, flores ferens multos, parvos, rubentes, acaulos, in ſpicâ ad caulem ſeſſiles, *Baniſt. Cat. Virg.*

JACEA anguſtiori folio *Virginiana*, hirſuto caule, capite oblongo, ſpinoſo, ſquammis hiantibus rigidis, ornato. An Cyanus Centauroides fruticeſcens, Lavandulæ folio, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Faſc.* 21.

Fol. 191. *poſt lin.* 27.

Jacea *Sicula*, glaucophylla, capitulo oblongo, ad ſquammarum apices, ſpinulis deflexis ſemi-ſtelliformitèr ornata. An Jacea folio Cerinthes purpuraſcente flore, è *Rupe Victoriæ. Schol. Bot.* 208.

Jacea *Hiſpanica* foliis ad radicem Cichoraceis; ſupernis verò integris, mollibus, minutìm denticulatis. Coliter *in Hort. D. Uvedale.*

Fol. 192. *poſt lin.* 7.

Jacea marina, purpurea, Erucæ folio, alato caule, capitulorum ſquammis ſummo apice, plurimis ſpinulis coronata, *ex Sicilia.*

Ibid. ad lin. 35.

An Cyanus arboreſcens longifolia, *Proſp. Alpini. de exot. pag.* 31.

Ibid. ad lin. 41.

Vice minores, lege pauciores.

Fol. 193. *poſt lin.* 2.

Jacea lutea, capite longis aculeis ſpinoſo, *CBP.* quæ tertia in *Prodrom. ubi dicitur*, Hæc à Jaceâ montanâ, echinato capite, *Cluſij* diverſa eſt, cujus etiam Flos aliquando luteus evadit. An hæc ſit Carduus *Solſtitialis* major, ſeminibus Crupinæ *Belgarum*, *Domino Bobart*, quam habuit à *Doctore Richardſono.* Attamen à Carduo *Luſitanico*, capite araneoſâ lanugine obſito, in præcedentibus exhibito, plurimùm diverſa eſt.

Fol. 193. *ad lin.* 5.

An Carduus *Luſitanicus*, Erucæ folio, *Turnefortij*; qui habetur in *Almageſto noſtro fol.* 86.

Ibid. ad lin. 12.

An fortè Jacea Stœchadis folio, flore luteo, *Boccon. Muſ. Plant. pag.* 77. *Tab.* 65.

Ibid. ad lin. 22.

Heliochryſo ſylveſtri anguſtifolio ſimilis, tota viridis *Boccon. Muſ. Plantar.* 145. *Tab.* 109.

Ibid. ad lin. 23.

Heliochryſum ſaxatile, ſingulari capitulo, acuto & anguſto Stœchadis folio, *Boccon. Muſ. Plant.* 142. *Tab.* 104.

Ibid. poſt lin. 28.

Jacea Elichryſoides *Aſiatica*, Hieracij *Sabaudi* anguſtis, virentibus foliis, caule niveo tomentoſo.

Ibid. ad lin. 32.

Xeranthemum ſpinoſum *Æthiopicum*, capitulis compactis purpuraſcentibus, *Breyn. Prodr.* 2. 105.

Jacea Oleæ foliis, capite ſpinoſo, flore albo. Xeranthemum flore albo coronato, folio Cynogloſſi *Cretici*, *Breyn. Prodr.* 2. *pag.* 105.

Fol. 193. *ad lin.* 39.

Ptarmica Xeranthemos, *Hyacinth. Ambroſin. Phytolog.* 571.

Ibid. ad lin. penult.

Senicio incanus, pinguis, *CBP.* 130.

JACOBÆA *Africana* Senecionis folio, pingui, flore purpureo majori. Hæc nobis à *Cap. Bon. Spei* allata eſt, quam etiam, floribus ſuis ſuperbientem, in *Horto ſuburbano* ampliſſ. Viri *D. Caroli du Bois* obſervavimus.

Jacobæa Senecionis folio incano, flore luteo minore, *Prom. Bon. Spei.*

Jacobæa radiato Senecionis flore, Chondrillæ foliis *Æthiopica.*

Jacobæa minor *Ethiopica*, foliis laciniatis, Rutæ Caninæ diviſuris.

Jacobæa Coronopi rigentibus foliis, *Æthiopica.*

Jacobæa *Virginiana*, foliis ad radicem integris, Eryngii campeſtris æmulis, cæteris autem elegantiſſimè laciniatis.

Ibid. poſt lin. penult.

Jacobæa *Æthiopica* procerior, Lampſanæ foliis, floribus luteis.

Fol. 194. *poſt lin.* 8.

Jacobæa Abſinthites fruteſcens, tomentoſis Cinerariæ foliis, *Æthiopica*, calyce integro, ſummis oris dentato. Tagetes fortè minimus, tenuitèr diviſo folio, *Cap. Bon. Spei. Breyn. Prodr.* 2. 99.

Ibid. ad lin. 14.

An Jacobæa maritima, foliis ſubrotundis, araneoſâ lanugine pubeſcentibus, *HRP. Turnefort. pag.* 4. *Epiſt. ad Sherardum.*

Ibid. poſt lin. 19.

Jacobæa parvaincana, Stoebes Salamanticæ foliis, ex *Inſulâ Johannâ.*

Fol.

Fol. 194. *ad lin.* 24.

Jacobæa pumila alpina, *Boccon. Muſ. di Piante rare, Tab.* 8. ubi optimum *Iconem* ſis vide.

Ibid. ad lin. 29. *poſt vocem* floribus *add.* nudis.

Jacobæa *Æthiopica* ſpicata lutea, foliis parvis, craſſis, & incanis rigidiuſculis, ex nodis caulium confertim erumpentibus. An fortè Jacobææ ſpicatæ *Monomotapenſis*, altera ſpecies, *Breyn. Cent.* 1. 138.

Ibid. poſt lin. 31.

Jacobæa *Æthiopica*, Chryſanthemi *Cretici* foliis, flore purpureo.

Jacobæa Chæryophylli foliis *Mariana*, floribus luteis, ferè umbellatis.

Jacobæa *Africana*, Hieracij fruticoſi anguſtioribus dentatis foliis glabris, flore flavo octopetalo pulchro. An Jacobæa *Æthiopica* Lavandulæ folio *Breyn. Cent.* 1. 136. Elichryſi ſpecies ex *Africâ D. Bobart.* in *Hort. Medic. Chelſeiano* florentem nuper conſpeximus, & à Conyza *Melitenſi* retuſis foliis *Bocconi*, haud prorſùs abludere videtur, licet folia per extremum ſint minùs retuſa.

Jacobæa ſpicata Linariæ foliis, floribus amœnè purpureis, *Provinciæ Marianæ. D. Ayrë.*

Jacobæa fruticoſa, Camphoratæ foliis, *Ethiopica.* An Chryſanthemum fruteſcens *Ethiopicum*, Roſmarini folio, flore aureo amplo, *Breyn. Prodr.* 2.

Jacobæa *Ethiopica*, anguſtiſſimis & prælongis foliis, rariùs crenatis, ab imo caule ad ſummum uſque confertis.

Jacobæa *Ethiopica*, Laricis folio, *Breyn. Cent.* 136.

Jacobæa *Ethiopica*, ſtœchadis citrinæ foliis, flore luteo. Fortè Conyza *Africana*, foliis Stœchadis citrinæ *Gallicæ*, *Breyn. Faſc. rariorum.* An fortè Elichryſum foliis Abſinthij *Pontici* majus, *Cap. Bon. Spei Breyn. Prodr.* 2. 43.

Ibid. ad lin. 33. *poſt* edit. *add.*

Vid. Phytograph. Tab. 323. *fig.* 2.

Ibid. ad lin. 40.

An Hieracium fruticoſum, foliis tenuiſſimè Coronopi modo diviſis, *Cat. Jam.* 123. Noſtra tamen inter flores, & ſumma folia, gummi candidum copioſè fundit. An meliùs ſit Chryſanthemum ſ. Coma aurea *Ethiopica*, Abrotani trifido viridique folio, ex *Cap. Bon. Spei.* Et tunc ad fol. 133 *Almageſti*, inter lineas 28. & 29. apud Corymbiferas inſerenda.

Fol. 195. *ad lin.* 7.

Hanc autem ſub alieno titulo, ſibi etiam ignoto, *Neophytus* noſtras confuſè ſatis, ac perplexè, pro nondùm deſcripto, Carduum facit, dum Carlinam, *Cap. Bon. Spei*, Coronopi foliis, ſubtùs incanis, appellat; ubi Sinonymiis non citatis inſcitiam ſuam ſatis prodit, & ſummam ſapere videtur *Tyronis* oſcitantiam: Ita nobis ipſis interdùm ſomnia fingimus, ut aliquid novi & inauditi dicentes, & nobis placeamus, & aliis; atque utinam Materia Medica, vel potiùs Plantarum exoticarum immenſa varietas, non magnam incrementi ſui partem, non in vanis ejuſmodi Imaginationibus, nullâ interdùm ratione, nullo ſenſu fundatis cæpiſſent: Adeo ſanè inter ſe in quibuſdam Plantarum nominibus diſcrepant homines, non mali, ſed in re *Herbaria* malè verſati, ut perſæpè eorum mentes maximè perturbent, qui Rerum Veritatem indagare ſtudent; & interdùm ludunt

dunt noſtram diligentiam. An ſit Anemoſpermos *Africana*, foliis & floribus Taraxaci incanis, *Cat. Plantar.* ad calcem *Paradiſi Batavi edit.* 1698.

Fol. 195. *poſt lin.* 7.

Jacobæa parva *Æthiopica*, tuberoſâ radice, imis Cymbalariæ foliis, ad caulem longioribus anguſtis, luteo flore ſummo faſtigio, ſingulari.

Jacobææ affinis, Planta tuberoſa, *Capit. Bon. Spei. Breyn. Cent.* 138. Cui ſunt ad radicem folia plurima, Cyclaminis more adumbrata.

Ibid. ad lin. 37.

An Jaſminum *Azoricum* trifoliatum, flore albo odoratiſſimo, *Hort. Med. Amſt. cap.* 82. cum *Icone.*

Fol. 196. *ad lin.* 5.

An Ceraſo affinis, arbor baccifera, racemoſa, fructu cæruleo monopyreno, teſticulato, *Cat. Jam.* 169.

Ibid. ad lin. 16.

Cheggapumellela *Malabarorum*; An Jaſminum arboreum, foliis laurinis ex adverſo naſcentibus, oblongis, acuminatis, flore albo, *Cat. Jam. ibid.*

Ibid. poſt lin. 25.

JASMINUM arboreum foliis amplis, oblongis, ſupernè viridibus, ſubtùs leni canitie pubeſcentibus, flores albos in quatuor lacinias longas, anguſtas, ad umbilicum uſque partitos, racematim ferens. *Baniſt. Cat. Stirp. Virg.*

Ibid. ad lin. 42.

Acuilotl. ſive Planta volubilis propè aquas proveniens, *Nieremberg.* 357. Acuilotl. ſ. Volubilis aquatica, *Hernandez apud Recc.* 107. Noſtra enim eſt Planta ſarmentoſa, quæ ſarmentis ſerpendo altiùs ſe extollit.

Ibid. ad lin. 44.

An Jaſminum *Indicum*, Mali aurantiæ foliis, flore albo pleno, ampliſſimo. Catſipiring *Indorum*, *Breyn. Prodr.* 2.

Fol. 198. *ad lin.* 4.

An Agrifolium folio tenuiore, magis acuminato, & minùs corrugato, ſpinulis gracilioribus, & longioribus, armato, *Cat. Jam.* 173.

Ibid. poſt lin. 6.

ILEX *Americana*, Phillyreæ anguſtifoliæ facie, ex *Terrâ Marianâ*, medio folij nervo in pinnulam abeunte, *Cat. Virg.*

Ilicis lucentibus parvis foliis, Arbuſcula perelegans, ex *Ind. Orientali.*

Ibid. poſt lin. 22.

IMPERATORIA Ranunculoides, Sphondylij hirſuto folio minor, ex *Prom. Bon. Spei.* An Ranunculus *Æthiopicus*, foliis rigidis, floribus ex luteo vireſcentibus, *Hort. Med. Amſt. cap.* 1. Ubi in Deſcriptione hujus plantæ dicitur, *Floribus ſuccedunt ſemina nuda*, at poſteà inter Obſervationes, *Flores quidem Ranunculi ſtorum ſunt æmeli, verùm à fine ultimo magis Chriſtophorianis accenſenda: Baccifera enim eſt planta, baccis monoſpermis prædita.* Aſt ſanè non capio quid ſibi velint *Obſervatores in locum*, cùm huic plantæ baccas monoſpermas adſcripſiſſe videantur; baccæ enim ſemina nuda nequaquàm dici poſſunt, ſemen nudum eſt, quod nullo involucro ſenſibili obducitur, quod involucro tegitur, eſt ſemen opertum, aut fructus, qui propriè loquendo, à ſemine diſtingui debet: Ille enim

enim non tantùm ex grano coaleſcit, ſive parte illâ in quâ germen eſt ſitum, ſed & ejus involucro, ſeu ſicco, ſeu molli vel carnoſo, ut in omnibus baccis; Indè equidèm patet quod *Autoris* verba in Deſcriptione, & *Obſervatorum* Notatiunculæ circà hanc rem, inter ſe non benè conveniunt.

Ibid. poſt lin. 26.

IRIS *Africana* verſicolor, pumila, plicatis & hirſutis foliis, radice bulboſâ. Siſynrichij fortè genus.

Fol. 199. *ad lin.* 4.

An Prunus *Ægyptia*, circà *Memphim Plinij*, *lib.* 13. *cap.* 10.

Ibid. poſt lin. 6.

JUJUBE ſpecies *Indiana*, Surecchedde *Malabarorum*. Eadem fortè cum præcedenti.

Ibid. ad lin. 23.

Konar fortè *Perſarum*. *Thevenoti* in *Itinerar. Part.* 2. *fol.* 117. Yellendamaram *Malabarorum*, & interdum Maſanas.

Ibid. poſt lin. 23.

Jujuba *Indica* Coryli folio ſpinoſa, fructu minore, rubro. Cautyellandai *Malabarorum*. Idem eſt cum Frutice *Biſnagarico*, ſpinoſo, Coryli foliis denſis, ſpinis brevioribus, craſſis, *Phytogr. Plukenetian. Tab.* 29. *fig.* 7.

Ibid. ad lin. 27.

Jujube *Americana* ſpinoſa, Loti arboris foliis, & facie, fructu rotundo, parvo, dulci, *ejuſd. Hort. Beaumont. Hort. Med. Amſt.* 141. ubi *Icon* exhibetur.

JUNCARIÆ affinis *Æthiopica*. Pinaſtri foliis triphylla, *Prom. Bon. Spei*. Geniſtæ *Æthiopicæ* Pinaſtri foliis triphyllæ, quoad folia ſaltem, hæc planta conſimilis eſt.

Ibid. poſt lin. 40.

JUNCUS *Africanus* lignoſo calamo, ad nodos involucris nigris circumvoluto, paniculâ arundinaceâ, ex *Prom. Bon. Spei*.

Fol. 200. *ad lin.* 19.

Cyperus maritimus, capitulis glomeratis, *Turnefortij Elem. Bot.* 419.

Ibid. ad lin. 25.

Neerchoutecorea, *Malabarorum*, *ad lin.* 36. Coddanecoode, *Malabarorum*.

Fol. 201. *ad lin.* 14.

Hujus baccæ ſunt trinucleæ (i. e.) tres nucleos continentes, & aliquandò quatuor.

Ibid. ad lin. 18.

Hujus bacca per maturitatem adaucta, eſt atrocærulea, unico tantùm nucleo, coniformi, ſtriato, prædita, & verè dici poſſit, fructu monopyreno.

Ibid. ad lin. 25.

Pro *anguſtiore* lege *longiore*, & poſt 489. *adde* Juniperus alpina, *Cluſii Hiſt.*

Ibid. ad lin. ult.

Juniperus *Barbadenſis*, Cupreſſi folio Arbor præcelſa, tetragonophyllos, ſive foliaturâ quadrangulari, an Juniperus arbor *Sacrorum Bibliorum*, *Reg.* 1. *cap.* 19. *verſ.* 4. memorata, cujus ſub tegmine decubuit, & longo itinere fatigatus, ad

ſomnum

ſomnum ſe compoſuit *Elias Propheta* in Deſerto. Hinc *Virgil. Juniperi gravis Umbra.* Fortè etiam Juniperus *apud Plin. lib.* 16. *cap.* 40. ex cujus ligno in *Hiſpania, Dianæ Saguntinæ* perantiqui Templi trabes ſunt factæ, per multos ævos duraturæ. An fortè *Gopher* גפר *Geneſ. cap.* 6. *verſ.* 14. quod nomen alibi in *Sacris literis* non invenitur; Arbor erat ex cujus materie Arca, quæ veri totius Mundi reparanda germina capax fuit, ſecundùm mandatum *Dei*, à *Patriarcha Noë* conſtructa eſt: Sic enim *Septuaginta* vertunt Interpretes, ποίησον σεαυτῷ κιβωτὸν ἐκ ξύλων τετραγώνων. *Fac tibi arcam ex arboribus quarum foliaturæ ſunt quadrangulares, Hebræi* enim Arborem & Lignum uno eodemque nomine appellant; & Tetragonodendron, hujus arboris ſpecies nuncupari dignetur. Tetragonia (fortè) *Theophraſt. Hiſt. Plant. lib.* 3. *cap.* 6. Sicut etiam *Voſſius* ſuſpicatur, *de Septuag. Interpr. eorumque Tralatione, cap.* 12. *pag.* 33. Quæ à quibuſdam Euonymus *Latinorum* perperàm cenſetur: Nam ſi vulgaris hæc noſtra Euonymus eſſet Tetragonia *Theophraſti*, ut illi volunt, & Euonymus etiam *Ejuſd.* ſit eadem, ut ex diverſorum *Botanicorum* ſententiâ colligi poteſt, inconſideratè ſanè *Theophraſtus* eandem plantam ſub diverſis nominibus tradidiſſet, quod de tanto viro ægrè ſupponendum puto: potiori igitur jure concludamus, non aliundè quàm ex ſolâ hâc notâ, *viz.* ramulorum foliaturæ quadraturâ, quod huic arbori peculiare eſt, *Gopher* apud *Hebræos* nomen optimè meruerit; & apud *Græcos* Tetragonia, cujus ſolum nomen apud *Theophraſtum* inter ſerò germinantes reperitur, (*Gaza*, Quadratoria interpretatur.) Quæ Vox indè, ſatis propriè attributa ſit, ut nos facilè agnoſcamus. *Hieronymus* autèm non ſatis exploratum habeo, quod ligni genus intellexerit, in *vulgari Tralatione*, ubi *Gopher* redditur *de lignis lævigatis*: Cum omnia ligna lævigari poſſint: Sed adverte (inquit *Eugubinus*) Idem in *Quæſtionibus Hebraicis* dicit, in *Hebræo* haberi *de lignis bituminatis*; patet autèm quàm differant nomen bituminis, & hujus ligni, cum bitumen vocetur כפר *Copher*, at lignis hujus nomen eſt גפר *Gopher*; Exiſtimamus ergo eum ibi eſſe lapſum, non quod hanc varietatem ignoraret, ſed ex eo quod frequentèr ſolet fieri, ut aliquid facientes, non omnia advertamus, indicioque eſt quia hic non eodem modo ſcripſerit. Hactenùs ille, *Auguſtin. Steuchus Eugubin. Epiſcopus Kiſami in Geneſ. cap.* 6. Ex hoc quoque *P. Simonius Ordinis Congregationis Oratorij* in libro ſecundo *Criticas* in *Vetus Teſtament. diſceptationes continente, pag.* 79. Obſervationem ſuam ſubſtruit; *in Geneſ. cap.* 6. *v.* 14. Ubi (inquit in *vulgar Tralatione* legitur, *de lignis lævigatis, Sanctus Hieronymus* dicit, Juxtà *Hebraicam Verſionem* oportere legi, *de lignis bituminatis*, in quo videtur errâſſe, eò quòd legerit *Copher* pro *Gopher*, forſan ipſe mutavit literam *Gimel*, in *Caph*, ut melior ſenſus redderetur, quanquàm legerit *Gopher* in *Hebraico Typo*, quemadmodùm hodiè nos, & hoc (inquit) apud *Rabbinicos Autores* frequenti uſu venit. Scio equidem doctiſſimum *Bochartum* Vocem *Gopher* de Cupreſſis accepiſſe, nec ego negaverim vocem Cupreſſi, à *Copher* commodè derivari, licet non immediatè. Cum enim ab hâc *Hebræâ* voce, Inſulæ quoque *Cypro* nomen obtigerit, propter copiam bituminatarum Arborum illic creſcentium, non incommodè exindè petas originem Vocis *Cupreſſi*. Aliter ſanè *P. Simonius* hæc reddenda cenſet ſic nempè ut ξύλα τετράγονα accipiantur de aſſerib. ſeu plancis quadratis; Attamen (inquit *Voſſius*) quis Naupe-

gus

gus non rideat, ſi quis huic jubeat ex *aſſeribus*, aut *tabulis quadratis*, conſtruere qualecunque navigium, *Iſaac. Voſſ. ad Objectiones nuperæ Critic. Sacr. Reſponſio*, *pag.* 25. An Juniperus maxima Cupreſſi folio minimo, cortice exteriore in tenues phyliras ſpirales, ductili. Savin Trees, *Cat. Jam.* 128. Sub eodem enim titulo aliquando accepimus. Fortè etiam Cedrus *Cumanica*, cujus Tabulis, ſi naves conficiantur, non ſentiunt teredinem, *Cardan. de rerum Varietat. lib.* 6. *cap.* 20. *fol.* 109. Hujus autem baccæ *Vulgaris* inſtar, ſunt trinucleæ, & interdùm tetrapyrenæ.

Fol. 202. *poſt lin.* 2.

JUNIPERIFOLIA ſuffrutex *Africanus*, glomerato flore, cum pericarpio rotunda.

Ibid. ad lin. 11.

Mellakurui *Malabororum.*

K.

Fol. 202. *ad lin.* 26.

HUIC fortè accedit Halimus Nummulariæ madido folio, *Siciliana*, *Boccon. Muſ. Pl. pag.* 169. *Tab.* 100.

KALI AIZOIDES *Ind. Or.* procumbens, ſive Miraſol nodoſa, Meſembrianthemi ſpecies, floribus ferè inconſpicuis, foliis lanugine incanis.

Fol. 203. *ad lin.* 9.

Mogullamaram, *Malabarorum*, & aliquando Mogullanchedde *eorundem.*

Fol. 203. *poſt lin.* 9.

Lamij *Tingitani* facie glabra, quadrato caule, planta *Mariana.*

Ibid. ad lin. 14.

An Herba Yú, ex quâ ſub *Quangſi* in *Chincheu*, *Incolæ* pannos, ſericum ipſum ſuperantes, conficiunt. *In Provincia Quangſi* haud procul à *Chincheu Incolæ*, pannos, ſericum ipſum ſuperantes, conficiunt, *Ogilv. Chin. Tom.* 1. *fol.* 247. An Chen-ſu *Sinenſibus Andr. Cleyer.* quam non comperit in *Herbario* parvo, *de Medic. Simpl. Sinenſ. pag.* 49. *no.* 245. Poco-ſempie *Doctoris Merret* apud *Muſ. Societ. Reg. fol.* 386. ubi dicitur eſſe Inſigne *Cardiacum*, ad Hemorrhagiam ſiſtendam propinata eſt, felici ſemper eventu. Muſci fortè genus ſericeum, aurei coloris, Arboribus innaſcens, apud *Indiam Orientalem.* Eſt re vera Muſcus ramulis Arborum, & aliquando radicibus in *Sina* innaſcens; ubi Agni *Scythici* lana, ſ. Vellus aureum vulgo vocitatur: Sanguinis profluvium ut aiunt mirificè ſiſtit. An *Til* planta in Sylvis naſcens, ſine fructu, comâ flaveſcente molliſſimum Sericum referente, quo pro plumis utuntur ad lectiſternia, *CBP.* 320. *ex Linſchotano*, *Part.* 3. *Ind. Or.* 6.

L.

Fol. 203. *ad lin. ult.*

LAmium fruticans, Teucrij folio lucido, calyce, & flore magno candido, tantillâ purpurâ varie notato, *Hort. Catholic. Fr. Cupani.* 106.

Fol. 204. *ad lin.* 16.

Lamium foliolo, ſubrotundo, profundioribus inciſuris, albâ lineâ per medium notato, humillimum, *Fr. Cupani Hort. Catholic.* 106.

Fol. 205. *ad lin.* 7.

Amamaxtla expurgans, ſ. Rhabarbarum vocatum *Monachorum*; *Hernandez apud Recc.* fol. 217. Rhabarbarum *Americanum*, *Monardes apud Cluſ. fol.* 312. Rhabarbarum *Monachorum* fuit appellatum quòd à *Monachis Carthuſianis* diù pro ſecreto habitum, quamvis poſteà *Monachi* qui in *Meſuem* ſunt commentari, ſecretum prodiderint. Aliis autem videtur appellationi occaſionem dediſſe *Tzetzes in Heſiodum*, qui Lapathi radicem dicit vocari βέον. Ita enim eſt *edit. Heinſ. proxima*, non autem Rhabarbarum ut *Camerarius* habet, *Hort. Medic. pag.* 84.

Ibid. ad lin. 23.

Hujus exhibetur pictura à *D. Boccon. in Muſ. Plantar. rar.* ſub hoc falſo titulo; *ſcilicet*, Blitum anguſtifolium verticillatum, *Tab.* 80. atque in *Tab.* 104. Iterùm repetitur eadem planta quanquàm minùs adulta nomine Lapathi aquatici Luteolæ folio; perindè ac ſi eſſent duæ novæ diverſæ & nondùm deſcriptæ Plantæ.

LAPATHUM longo, anguſtoque folio, Anthoxantho plurimùm accedens, verticillis rarioribus caulem cingentibus, ſemine majori. Nuper invenit in Compaſcuo quodam ponè *Weſtmonaſterium*, *Tothil-Fields* vulgo vocato, ſtirpium Indagator diligentiſſimus, *D. Iſaacus Rand*, Pharmacopæus *Londinenſis*, & magnæ ſpei *Botanicus.*

Ibid. poſt lin. 25.

Lapathi anthoxanthi ſummis ramulis aliquatenus accedens, Planta Cauſtica, *Ind. Orientalis.* Kalurëve *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 42.

Xanthium vulgare noſtras, ex *India Orientali* aliquandò nobis allatum eſt; & Marloomatee a *Malabareis* nuncupatur.

Fol. 206. *ad lin.* 13.

Pro hexapetali *leg.* pentapelati, *Ibid. ad lin.* 18. *add.* echinis lanuginoſis, *ad lin.* 19. *poſt vocem* major *add.* echinis deorſum reflexis.

Ibid. ad lin. 37.

Agrimonia lappacea inodora, folio ſubrotundo dentato, *Cat. Jam.* 92. ubi dubium movetur, an ſit eadem quoque illi, quæ in *Almageſto noſtro* proximè ſubſequitur:

ſequitur; quanquàm ſanè duæ hæ plantæ *toto cælo* inter ſe diſcrepant: Aſt inter Herbas quàm parùm ſapere viſus hic *Criticus in Methodo* Legentium judicium penes ſit fides, ubi advertitur Admirabilem *Perüanam*, unà cum hâc Lappulâ noſtrâ *Bermudenſi*, à ſe collocari in medio Umbelliferarum, quarum *Criteria*, ſ. Notæ Characteriſticæ, quæ omnibus in univerſum conveniunt, ſunt Flos pentapetalos, & ad ſingulos flores, bina ſemina nuda, fibrillis ſimùl juncta: Hoc equidem illi merè arbitrarium eſt, nam nota characteriſtica generis alicujus, ſive ſit proprietas quædam ſingularis, ſive Complexus accidentium, vel attributorum concurſus, omnibus ſub illo genere contentis ſpeciebus convenire debet; ſed quænam, quæſo, convenientia eſt inter has, & Umbellam, cujus Character apud omnes *Botanicos* accipitur pro ſummo caule, ſummiſvè ramulis in plures ab eodem puncto ortos, radios, diviſis, & ſingulis radiis in plures itidèm pediculos, qui flores ſuſtinent ſubdiviſis; quæ generis Umbelliferi optima Nota eſt. Eodem equidem jure has plantas ad Verticillatarum, vel etiam ad quodlibet aliud plantarum genus adnumerare potuiſſet: Quid enim Lappula noſtra *Bermudenſis* ratione Characteris cum Planta Umbellifera? Omnis denominatio Herbarum (ut rectè monet *P. Amannus*) undecunque etiam ſit deſumpta, niſi exprimat ſimul notam Characteriſticam, à *Botanicis* non eſt attendenda. *Charact. Plant. Natural.* 27. Hæc eſt vera, & genuina *Methodus*, primò & per ſe cognitioni inſerviens, & à *Naturâ* ipſis Vegetabilibus communicata Teſſera, vel Nota infallibilis, in omnibus ſub eodem genere contentis, perceptibilis; Admirabilis ergo *Perüana*, atque etiam Lappula noſtra, licèt à priori maximè diverſa, ab Umbellis utræque averruncandæ, ob deficientem teſſeram Umbellæ debitam. Et quis demum eſt ſi examinare dignetur, Admirabilem *Peruvianam* & Agrimoniam lappaceam, & quantis inter ſe diſtent paraſangis, qui mecum non libenter agnoſcet à malè digerendis plantis ingens remora diſcentibus objiciatur. At quidem *Sloanus*, is ſcilicet qui *Catalogum Plantarum Jamaicæ* compoſuit, licet aliquandiu illic moraretur, planè ex iis, quæ vel ipſe ſcribit præ ſe fert *Grammaticum*, indicatque ſe nunquam conſpexiſſe herbas, quas exponit, ſed aliis fidem habuiſſe, citrà ullam explorationem. An Quauhytzapoli, *Novæ Hiſpan. Hernandez apud Recc.* 404. huic noſtræ ſit aliqua affinitas, nobis ſuſpicari licet.

Fol. 206. *ad lin.* 41.

An Frutex innominatus fecundus, *Marcgrav. fol.* 80.

LAPPULA Althæoides *Americana* Mori albæ foliis Vitigineis, hirſutie ferrugineâ pubeſcentibus, White-Barke, *Barbadenſibus* vulgò.

Lappula *Americana* ſpicata, foliis amplis fidium inſtar ſinuatis, & elegantèr crenatis. Fiddle-Weed, noſtratibus dicta. Huic fortè cognata eſt Althæa Abutili foliis, fructu hiſpido, *Americana*, *Phytogr. Tab.* 132. *fig.* 5.

Lappula *Malabarica* ſpicata, Betæ foliis antagoniſtis, floribus interiùs lanuginoſis; Wellia Codivelli, *Hart. Malab. Part.* 10. *Tab.* 59. Betæfolio *Malabarica* ſemine lappaceo *Commel. Not. in Hort. Malab.* Hùc fortè ſpectat Pu-pal Valli, *Hort. Malab. Part* 7. *Tab.* 43.

Fol. 206. *post lin. ult.*

Lappula ferè umbellata, Aſtrantiæ foliis *Virginiana.*

Fol. 207. *ad lin.* 7. *poſt* 951. *add.*

Item Laſerpitium *Alpino ejuſd. Parkinſon. in append. fol.* 1685.

Ibid. ad lin. 11.

Deleanter quæ ſequuntur, ſcilicet. Fortè etiam Libanotis *Theophraſti* quorundam, folio minùs rotundo, *ejuſd. ibid.* 165.

Ibid. ad lin. 19.

Deleantur hæc verba, viz. Libanotis altera quorundam, aliis dicta Cervaria nigra, *JB. Tom.* 3. 165. Item. Et eorum loco ſubſtituantur quæ ſequuntur verba. An Libanotis *Theophraſti* quorundam, folio minùs rotundo, *JB. Tom.* 3. 165. Quæ ſuprà ad penultimam pro Synonymo habentur, ubi expungenda ſunt, & hoc loco transferenda, ſic emendabitur error.

Ibid. ad lin. 21.

Libanotis fortè *Theophraſti* magìs genuina quod folia habet σελίνῳ ἐλάῳ, (i. e.) paluſtri Apio majora.

LASERPITIUM aureum Petroſelini foliis *Marianum.*

Fol. 208. *ad lin.* 5.

Et *Angliæ* noſtræ Indigena eſt.

Fol. 208. *poſt lin.* 9.

LATHYRUS major è *Siciliâ*, flore ampliſſimo, odorato, vexillo rubro, labialibus petalis roſtrum ambientibus cæruleis, ſiliquâ hirſutâ, planâ, *Hort. Upſal. Upſal.* An Lathyrus diſtoplatyphyllos hirſutus, mollis, magno & peramœno, flore odoro, *Hort. Cathol. Cupan.*

Ibid. ad lin. 36.

Lathyrus rectus gracilis, Gladioli folio tenui, monanthos, robicundus, *Franciſc. Cupan. Hort. Catholic. pag.* 107.

Lathyris congener ſpicata, foliis integris gramineis, ſ. Catanance leguminoſa *Indorum* microlobos, ſemine quadrato. Nir-murri, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 32.

Lathyroides, vel Lathyris congener, Linariæ foliis, *Æthiopicum.*

Fol. 209. *poſt lin.* 8.

Lathyro affinis monophyllos, *Caroliniana*, pediculis foliorum alatis, *Hort. Compton.*

An Lathyrus *Curaſſavic.* pediculis foliorum alatis, *PBP.* 345.

Ibid. ad lin. 28.

An Quauh-Tlac-Pavatzli, *Novæ Hiſpan. Hernandez apud Recc.* 405.

Ibid. ad lin. 36.

Ruſcus Anguſtifolius, fructu folio innaſcente, *Elem. Bot. pag.* 70.

LAUROTAXA epiphyllocarpos, crenatis foliis, maxima, è ſingulis foliorum crenis, baccifera. Ex *Inſula Palma* nuper allata eſt.

Laurotaxa epiphyllocarpos, *Americana*, crenatis latioribus foliis, non ramoſa, ad crenaturas fructum promens.

Laurotaxa epiphyllocarpos anguſtifolia, minor, ramoſa, baccis è crenis foliorum prodeuntibus, *Jamaicana*. Inter Filices Hemionitides, in *Almageſto* perperàm accenſentur, *fol.* 150. *Pl.* 7, & 8. Hoc loco reponi deberent, ſunt enim Plantæ bacciferæ & monopyrenæ.

Fol. 209. *ad lin.* 37.

Laurôtaxa epiphyllocarpos *Alexandrina*, medio folio baccâ inſidente, Victoriola quibuſd.

Ibid. ad lin. 40.

Ruſcus latifolius, fructu folio innaſcente, *Elem. Bot. ibid.*

Fol. 210. *ad lin.* 3.

Ruſcus anguſtifolius, fructu ſummis ramulis innaſcente, *Turnefort. Elem. Bot. ubi ſuprà.*

Ibid. ad lin. 5.

Laurotaxa epiphyllocarpos minor, fructu majore, medio folio cuſpide aculeato, ſeſſili.

Ibid. ad lin. 30.

An Quauh-Eloxochitl, *Nov. Hiſpan. Terentij apud Recc.* 403.

Ibid. poſt lin. 31.

Laurus ſerrata odora *Promont. Bon. Spei. Bod.* à *Stapel. Not. in Theophr.* 333. Laurus *Africana* ſerratis foliis. *Bartholin. Act. Medic. Anni* 1673. *Obſ.* 24. A Myrto enim Brabanticæ accedente, Almageſt. & Æleagno *Virginianæ*, *Baniſteri* quæ tantùm prioris eſt varietas, plurimùm differt. hæc Laur. *Africana*.

Ibid. ad lin. 37.

Et aliquando Milkwood *Barbadenſibus* noſtratibus dictam.

LAURIFOLIA *Virginiana*, Mirabilis *Parüanæ* floribus, ſummo ramulo veluti in ſpicam innaſcentibus.

Fol. 211. *ad lin.* 3.

Katu-Naregam, *Hort. Malab. Part.* 4. *Tab.* 13. *Luſitanis*, Limao Coroado Arbor & folio, & fructu, huic noſtræ propiùs accedere videtur, attamen ſpinarum proventu diſcrepat.

Ibid. ad lin. 11.

Huic eſt congener Alpam, *Hort. Malab. Part.* 6. *Tab.* 28. Siliquoſa *Indica*, flore tripetalo, ſiliquis teretibus, pulpâ abſque ſeminibus repletis, *Raij Hiſt. Pl.* 1765, & Pee-Kandel fortè *ejuſd. Hort. Malab. Part.* 6. nec non Xaxahoactli, *Novæ Hiſpan. Hernandez apud Recc. fol.* 438. Horum enim omnia ſunt olliculis fungoſis.

Ibid. ad lin. 27.

Flos nondùm apertus, pyxidi *Beatæ Mariæ Magdalenæ* (ut aliquando fictum vidit *Baniſterus*) ſimilis eſt; à *Virginienſibus* Colonis Ivy-flowring-Winter-green, nuncupatur. An Arbor Febrifuga *Peruviana Jonſton. Dendrograph. fol.* 476. *Tab.* 135. De hac Arbore Cortiferâ, & ejus loco natali, vid. *Sebaſtiani Badi Anaſtaſin Corticis Peruviæ*, ſ. *Chinæ-Chinæ defenſionem*, quæ omnia habuit ex cujuſdam *Bolli* Mercatoris *Genuenſis* narratione, ex Arboris ipſius ramo grandioribus lineis in ære inciſo, totâque Arbore, ſed minutiùs figuratâ, in Iconibus quas *Romæ* habuit à

Cl. Hieronymo Bardi, & à peritiſſimo Pharmacopola *Collegij Societatis Jeſu*; ex harum poſtremâ Catagraphe (ut conjicere licet) Icon à *Jonſtono* exarata eſt in *Dendrographia*. Quantumvis autem *Peruviani* Corticis implevit Nomen aures Medicorum, cujuſnam Arboris ſpolium ſit, clarè non patet: Incerta ſunt plerumque rerum magnarum exordia, denſoque ſub caliginis occultantur peplo, ſub quo latent, quò profundiùs, eò majori appetitus ſciendi fertur deſiderio. An hæc noſtra Lauruſtinus ſit, Tiliæ affinis Laurifolia, Arbuti floribus albis racemoſis odoratis, fructu pentagono, *Cat. Jam.* 136.

Fol. 211. *poſt lin.* 29.

LENS *Africana* Elatines fæm. folio ſingulari, pilis longioribus hirſuta, ex *Prom. Bon. Spei.* Elatines folio piloſiſſima, papilionaceo flore, *Maderaſpatana. Almag. Bot.* 133.

Fol. 211. *ad lin.* 33. *add.*

Huic, folia *Vulgaris* ſunt multò ampliora, ſubtus purpurea, quæ multiplicat ſe radiculis ſuis tenuiſſimis, cùm *Vulgaris*, radice tantùm ſimplici, donata ſit.

LENTICULA aquatica trichôdes, ad margines foliorum, longioribus pilis fimbriata, in Angliâ noſtrâ invenit *Generoſus Vir D. Adamus Buddl.*

Ibid. ad lin. 36.

Lens paluſtris altera, *Matthioli. Hiſt. Ludg.* 1015.

Ibid. ad lin. ult.

Lemma (fortè) Orchomeni lacus *Theophraſt. Hiſt. Pl. lib.* 4. *cap.* 11. Lemma enim quidam dictum volunt quaſi Λεπίδα (*i. e.*) ſquamam, corticem, membranam, à verbo λέπειν quod ſignificat λεπιζειν deſquamare: Noſtra quidem gignitur in paluſtribus, foliis membraneis, hinc indè à caulis cortice prodeuntibus, & ſquamarum inſtar, eum circumveſtientibus, in vertice denſiùs ſtipatis, ac confertiſſimis.

Fol. 212. *poſt lin.* 8.

LEONTOPETALO affinis, Staphylini folio aliquatenùs accedens, apicibus tridentatis. Leontopetalo affinis, foliis quernis *CBP* 324. Chryſogonum *Dioſcoridis, Rauwolfii. Hiſt. Lugd. append.* 28. *Ponæ Italicè*; Huic, (quoàd folia) plurimùm accedit Tlicoxochitl de Guſtepec-Otequa-Xochitl, *Nov. Hiſpan. Terentii apud Recc. fol.* 430.

Ibid. ad lin. 13.

Frutex *Æthiopicus* conifer, foliis lanuginoſis omnium maximus, *Breyn. Prodr.* 2. 49. An fortè Shittai Arbor *Hebræorum in Iſaiah cap.* 41. recenſita, cujus & in *Sacris Scripturis* non alibi memoratur.

Ibid. ad lin. 17.

An Arbor *Indiana* Archam, cujus radix Mater Dei, dicitur. *Zanon. Iſtor. Bot.* 23.

Ibid. ad lin. 19.

Dele nondùm *edit.* & add. *Tab.* 304. *fig.* 6. *Ad lin.* 22. Huic fortè pertinet Cecoc-patli, *Nov. Hiſp. Terentii apud Recc.* 362.

Fol. 213. *poſt lin.* 18.

LEUCOIUM *Æthiopicum*, latiori folio in canum, trifidum & multifidum, flore cœleſti. Curâ D. *Tillemanni Roberti, Jacobi* fratris conſanguinei, in *Horto Cl. viri D. Chriſtophori Wren, Equitis aurati & ſummi Architecti regii*, apud *Aulam Hamptoniam*,

Hamptoniam, ex ſeminibus à *Prom. Bon. Spei* allatis, ſibi natum habuimus. Ranunculus purpureus *Hiſt. Lugd.* 1036. (quoàd folia) huic noſtro Leucoio haud multùm impar.

Fol. 215. *poſt lin.* 10.

Leucoium alyſſoides fruticoſum, folio virente, ex *Hiſpaniâ*. Alyſſoides fruticoſum, Leucoij folio viridi *Turnefortii*.

Fol. 215. *ad lin.* 39.

Fortè Nerii facie, arbor *Indica*, *Park. Theatr. Plant.* 1470. & *IB. Tom.* 2. *fol.* 142. Nerio affinis, arbor ſiliquoſa, folio palmato, ſive digitato, flore albo. *Cat. Jam.* 154.

Fol. 216. *ad lin.* 39.

Adverſus morſum Canis rabidi probatum eſt Specificum, *Dampier* in *Philoſoph. Tranſact. Londini edit.* 1697.

Fol. 217. *ad lin.* 9.

Fortè etiam Liguſticum alterum, *Matthioli edit. Bauh.* 547. an Libanotis Apii folio, ſemine aſpero. *C B P.* Roſmarinus foliis Selino ſimilibus, quæ Libanotis legitima, *Theophraſto Belli. Epiſt.* 1. *ad Cluſ.* σκοπίσαρα vulgo, quòd Vertiginem inducere credatur, & ni fallor (inquit *Bellus*,) Siler *Creticum* à quibuſdam perperàm vocatur. Libanotis *Theophraſti* Apii folio, *Cretica. Park. Theatr. Pl.* 52.

Ibid. ad lin. 23.

An Βότρυς τῆς Κύπρε ſive Botrys Cypri, *Canticorum cap.* 1. *verſ.* 13.

Ibid. ad lin. 25.

An Amazquilitl, *Novæ Hiſpan. Terentii*, apud *Recc.* 350.

LILIO-Narciſſus *Indicus* umbelliferus, flore extùs rubro, intùs albo inodoro, Rapaceâ radice. Narrevilancalunga *Malabarorum*.

Fol. 218. *ad lin.* 11.

Lilium ſ. Martagon *Virginianum*, floribus reflexis, ex luteo rubentibus, purpureis maculis eleganter punctatis. *Baniſt. Cat. Mſſ.*

Fol. 220. *ad lin.* 10.

Poſt Viridario ſuo *lege* apud *Hockeſdon*, Vicum *Londini* ad Aquilonem ſuburbanum, jam nunc ſuperbiant.

Ibid. ad lin. 13.

An Lilio-Narciſſus humilis albus, *Baniſteri Cat. Virg. ad lin.* 36. Smilax unifolia humillima *Turnefort. Elem. Bot.* 512.

Fol. 221. *poſt lin.* 11.

LIMONIUM *Hiſpanic.* ſupinum, comâ diffuſâ, *Turnefortii*. Ut nos monuit inſignis *Botanicus* D. D. *Carolus Preſton*.

Fol. 222. *ad lin.* 3. *poſt C B P. add.*

Qua deſcribitur in *Prodromo* 106. an Linaria Myrſinites triphylla, flore candido ſulphureo, rictu croceo, brachiata, *Fr. Cupani Hort. Catholic.* 114.

Ibid. ad lin. 4.

Poſt vocem *flore*, add. *ejuſd. C B P. ad lin.* 6. adde. cui folia ſunt Centaurii minoris.

LINARIA

Fol. 222. *poſt lin.* 8.

LINARIA triphylla ſpecioſis, ex aureo & carneo, pervenuſtè mixtis, ſummo caule indiviſo, an Linaria latifolia triphylla *Sicula Boccon. de Pl. Sicul. pag.* 44. Qui *Banhinianam* Linariam triphyllam latifoliam (exceptâ notâ brachiatâ, in caulis ſummitate,) cum ſuâ omninò convenire pronunciat. Hanc noſtram ſanè pervenuſtam plantam florentem vidimus, præterito anno in cultiſſimo exoticarum Stirpium Horto, *Enfeldiæ, ad Ædes D. D. Uvedale* maximâ cum voluptate.

Ibid. ad lin. 13.

Linaria folio capillo craſſiore, ſpicato flore candido, rictu crocato, *Fr. Cupan. Hort. Catb.* 113.

Ibid. poſt lin. 21.

Linaria arvenſis, folio anguſtiſſimo, *P. B. P.* 348.

Ibid. ad lin. 24.

An Linaria erecta cærulea, *Cat. Jam.* 59. At hujus denominatio tàm lata eſt, ut quæ illa ſit herba, difficile eſt hariolari.

Ibid. ad lin. 40.

Fortè Linaria *Luſitanica*, procumbens, Polygoni folio, flore pallido cæruleo, rictu luteo. *Hort. Medic. Amſtelod. cap.* 7. *cum Icone.* An Linaria Saxatilis, Serpylli folio, Turnefortî, apud *Collectaneas D. Preſton.*

Fol. 223. *ad lin.* 6.

Linaria notha, Antirrhimi folio, flore candido decuſſato, quinque foliis faſtigiaris cincto, *Franciſc. Cupani Cat. Hort. Catholic.* 113.

Ibid. ad lin. 18.

Pſeudolinaria lanceolato folio craſſulo, floſculo albo pentaphyllo *Cupan H. Catholic.* 173.

Ibid. ad lin. 22.

Huc fortè ſpectat Texioquahoitl ; *Nov. Hiſpaniæ Terentii apud Recc.* 413.

Ibid. poſt lin. 37.

LINUM *Æthiopicum*, anguſto rigido folio, elatius, & lignoſum, floribus cæruleis parvis.

Lini *Æthiopici* ſimilis, Planta *Africana*, Saniculæ alpinæ floſculis albis, ſummo caule faſtigiatis. An Sanicula alpina fruteſcens, *Ethiopica*, Lini folio, flore candidiſſimo ?

Ibid. poſt lin. 43.

Linum pratenſe *Marianum* Cathartici ſimile, ſive Chamælinum flore luteo, *Americanum.*

Linum parvum *Virginianum* Cathartici floribus albis, ad nodos caulium veluti in ſpicam emergentibus.

Fol. 224. *poſt lin.* 22.

Lini faciè multicapſularis, Linariæ modo, ſummo caule folliculis ad intervalla, quaſi in ſpicam diſpoſitis. Idem fortè cum præcedenti in *Almageſto.* Provenit in *Cypriorum Inſulâ* & circà *Alexandriam* ; in quibus locis collegit D. *d'Aviſſon.*

Ibid. ad lin. 23.

An Linum ſcandens, flore dilutè purpureo, ſemine triangulari. *Cat. Jam.* 89.

Ibid.

Ibid. ad lin. 38.

An Arbor Thurifera *Mauritanica Jubæ Numidiæ* regis in *Commentariis* ſuis ad C. *Cæſarem* apud *Plin. lib.* 12. *cap.* 14. Cui rami ſunt Aceris maximè *Pontici* perſimiles. *Juba* enim rex iis Voluminibus quæ ſcripſit ad *Caium Cæſarem Auguſti* filium, ardentem famâ *Arabiæ* tradit, contorti eſſe caudicis, ramis Aceris maximè *Pontici*, ac ſuccum Amygdalæ modo emittere; taleſque in *Carmaniâ* apparere, & in *Ægypto* ſatas ſtudio *Ptolomæorum* regnantium, ut ex Inquiſitione iſtius regii *Botanici*, tradit *Idem Plinius ubi ſuprà*. An Arbor Thurifera, *Parkinſon Theatr. Pl.* 1602.

Fol. 225. *poſt lin.* 2.

LITHOSPERMUM Bugloſſi foliis aſperis, retraſporon, ſive ſeminibus ad ſingulos flores quaternis, veluti in unum coalitis. Ex *India Orientali*.

Lithoſpermum Scorpioïdes, floribus roſtratis pallidè luteis *Virginianum*, *Baniſteri*. *Cat. Strip. Virgin.* Heliotropium (fortè) minus, Lithoſpermi foliis, *Cat. Jam.* 25. Ubi movetur dubium, An ſit Echioïdes parva alba amphibia *Fab. Column. ecphraſ.* 185.

Ibid. ad lin. 13.

An Baccifera arbor calyculata, foliis laurinis, fructu racemoſo, eſculento, ſubrotundo, monopyreno, pallidè luteo; Baſtard Locuſt Tree *Cat. Jam.* 165. Item Baccifera arbor calyculata, foliis integris, oblongis, acuminatis, fructu rufeſcente. *Ejuſd. ibid.*

Fol. 225. *poſt lin.* 30.

LOTUS ſiliquoſa lutea, ſiliquâ quadratâ, foliis admodum hirſutis. Hanc quoque debemus *Cl. viro* D. D. *Carolo Preſton*; cujus ſanè Studio in re *Botanicâ* plurimùm debetur.

Fol. 226. *poſt lin.* 3.

Lotus *Africanus*, tenuiſſimis foliis ramoſiſſimus, floribus luteis, perexiguis.

Lotus *Æthiopicus* fruticoſus elegans, cauliculis rubicundis. Manelli (fortè) *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 37.

Ibid. ad lin. 5.

Poſt 355. *add.* Meliloti majoris quarta ſpecies, *Trago. ejuſd. IB. ibid.* 349. Melilotus *Serapionis*, Lotus altera major, hirſuta, & erecta, guſtu aſtringenti, *Geſnero* in *Hort. Germ.*

Ibid. poſt lin. 12.

Lotus corniculatus *Æthiopicus*, fruteſcens, foliis ſubtus argenteis.

Lotus corniculatus argenteus, floreo luteo; ex Oris *Gaditanis*.

Ibid. ad lin. 16.

Fortè Lotus polyceratos, humi poſtrata, pentaphylla, incana, hirſuta, foliis acutis, floribus luteis rubro virgatis. *Fr. Cupani. Cat. H. Cath.* 116.

Ibid. poſt lin. 37.

Lutos *Æthiopicus* argenteus, flore ſingulari rubro.

Ibid. poſt lin. 42.

Lotus argenteus minor, *Gaditanus*.

Fol. 227. *post lin.* 5.

Loti corniculati & Coluteæ media, pilosis foliis, siliquâ quadratâ; Codeserupaulada *Malabarorum*. Huic fortè congener est Tsjovanna-Manneli *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 38. An sit Yztacpatli nona *Nov. Hispan. Terent. apud Recc. fol.* 451.

Lotoides *Æthiopicum*, Saxifragæ pratensis folio, plurifariam quinque partito.

Ibid. post lin. 15.

Loto affinis *Lusitanica*, pinnatis foliis, flore minimo, versicolere. Barba Jovis minor *Lusitanica*, flore minimo, variegato, *Turnefort. Elem. Bot.* 511. Glaux supina viminosa, *Lusitana*, *Grisleii Viridar. Lusitan.*

Ibid. post lin. 25.

Loto affinis Lagopoides, *Nov'anglicana*, fruteścens, foliis ternis, subtùs sericeâ lanugine argentatis, monospermos.

Loto affinis trifoliata, fruteścens, glabra, ex *Terra Mariana*.

Ibid. post lin. 28.

Loto affinis monophyllos, Polygalæ foliis, argenteâ hirsutie pubescentibus; Nellacrandee *Malabarorum*.

Fol. 228. *ad lin.* 5.

Medicago Vulnerariæ facie *Hispanica*; *Turnefortii*, *Elem. Bot.* 328. Item Medicago *Cretica* Vulnerariæ facie, *ejusd. ibid.*

Ibid. ad lin. 31.

An Cytisus arboreus, bituminosus, Hederæ foliis, non angulòsis; *Cat. Jam.* 141. Sed quâ causâ hæc nuncupatur Cytisus, nullo modo divinare possum. An fortè hæc sit Draco arbor *Indica* siliquosa, Populi folio Angsana vel Angsava *Javanica*, *Hort. Medic. Amstelod. cap.* 109. quam nos Aceris cognatam Tiliæ foliis, *&c.* fecimus in præcedentibus.

Ibid. ad lin. 33.

Osmunda foliis lunatis, *Turnefortii Elem. Botan.* 436.

Ibid. ad lin. 35.

Osmunda foliis Adianti, *Turnefortij Elem. Bot.* 437.

Ibid. ad lin. 38.

Osmunda multifido folio, *Turnefortij*, *Elem. Botan.* 436.

Ibid. post lin. 40.

LUNARIA racemosa minor Matricariæ folio *Breyn. Cent.* 184. â Lunaria Cicutariæ foliis *Jamaicanâ* est plurimùm diversa: Lunaria elatior, Matricariæ folio spicâ duplici, *Cat. Jam.* 14

Osmunda Matricariæ folio, *Turnefortij*, *Elem. Botan.* 436.

Lunaria multifido folio crasso, racemo florum ex pediculo propè radicem prodeunte, ex *Terrâ Marianâ*, à *præcedentibus* plurimùm diversa. Aut si mavis, Lunaria *Marilandica* ramosa, segmentis crassioribus, Halicacabi peregrini divisuris, thyrso florum ex pediculo propè radicem irrumpente.

Fol. 229. *ad lin.* 8.

Item Lupinus angustifolius, flore è candido-purpureo, *Fr. Cupani Hort. Cathol.* Nostra tamen folia haùd proprie angusta dici merentur.

Ibid. ad lin. 34.

Huc (forte) spectat Camopaltic *Nov. Hispaniæ*, *Terentii apud Recc.* 360.

Fol.

Fol. 229. *poſt lin. penult.*

LYCHNIS Coronaria, *Monomotapenſis*, umbellata, multiplex; ſ. Caryophyllus holoſtius tomentoſus, *Æthiopicus*, latiori folio, flore argenteo completo. Vel Lychnis Umbellifera Gnaphaloides *Monomotapenſis*, flore argenteo completo.

Fol. 230. *poſt lin.* 33.

Lychnis parva, hirſutis foliis, *Æthiopica.*

Ibid. poſt lin. 38.

Lychnis parva, ramoſa, cauliculis nodoſis, floribus in laxiorem ſpicam, uno verſu diſpoſitis, ex *Inſulâ Rhodiorum.*

Lychnis aizoïdes glaucophyllos, ad nodos caulium floſculis amœnè purpureis *Rhodienſis.* In *Hort.* Medicinæ apud *Chelſeiam*, curâ D. *Doody*, ex ſeminibus enutritam conſpeximus, at majori perfectione ex indè luſtravimus, in Horto *Cl. viri D. du Bois.* Hùc fortè ſpectat Lychnis *Mexicana* vermiculari folio, radice grumoſâ, ſ. Tlalizta-Quilitl *Nov. Hiſpan. Terentii apud Recc.* 422. an Lychnis marina puſilla, Alſines folio craſſo, minore, glutinoſo, polyanthos. *Cupan. H. Cath.*

Fol. 231. *poſt lin.* 1.

Lychnis *Virginiana*, vermiculatis Kali longioribus foliis, caule nudo, ſummo faſtigio, floribus umbellatis.

Lychnis *Hiſpanica* fruticoſa, Kali folio multiflora; *Turnefortii*; *Elem. Bot.* 281. *à D. Carolo Preſton* nobis communicata.

Ibid. ad lin. 5.

Hanc autem plantam, ad Alſines genus, potiori jure, quàm ad Lychnidis pertinere merito ſupplicatur *Rajus Hiſt. Pl.* 997.

Fol. 231. *poſt lin.* 24.

Lychnis viſcoſa humilis, *Virginiana*, latiori folio, floribus albis ampliſſimis.

Ibid. poſt lin. 30.

Lychnis *Virginiana* elatior, floribus parvis, in ſummitate caulis.

Lychnis Campanulæ hortenſis folio, calyculis parvis, ex *Inſulâ St. Helenâ.*

Fol. 231. *poſt lin.* 33.

Lychnis viſcoſa *Luſitanica*, capſulâ ſubrotundâ glabrâ. An Lychnis viſcoſa anguſtifolia, alpeſtris, flore interiùs albo, exteriùs rubro, imis foliis Ocimi, *Cupani Hort. Cath.* 119.

Fol. 232. *ad lin.* 6.

Huic fortè ſpectat Apanxaloa *Nov. Hiſpaniæ Terentii apud Recc.* 353.

Fol. 233. *poſt lin.* 20.

Lychnis minor Caryophylloides, anguſtifolia, *Inſulæ St. Helenæ.*

Ibid. poſt lin. 31.

Lychnidea *Virginiana* Blattariæ accedens, umbellata, maxima, Lyſimachiæ luteæ foliis amplioribus, binis ex adverſo poſitis.

Lychnidea *Virginiana* Blattariæ accedens, Been albi *Officinar.* foliis, è regione binis, longè inter ſe diſtantibus.

Lychnidea *Virginiana* Blattariæ accedens, Been albi foliis, crebrioribus, floribus in umbellam poſitis.

Lychnidea *Virginiana* Blattariæ accedens, Alſines aquaticæ foliis, floribus ſummo caule brachiatis, ſive in ramulos divaricatis.

Lychnidea *Mariana* elatior, Alsines aquaticæ foliis, floribus in longam spicam densè stipatis.

Fol. 233. *post lin.* 34.

Lychnidea umbellata, Satureiæ duris longioribus foliis, ex *Terrâ Marianâ*.

Ibid. post lin. 38.

Lychnidea Clinopodij *Canadensis* fistulosi, foliis pubescentibus, *Marilandica*, flore albo amplissimo.

Lychnidea fistulosa *Marilandica*, Clinopodii *vulgaris* folio, flore amplo singulari.

Ibid. ad lin. 39.

Post 58. *adde.* An Rhamnus solutivus *Pannonicus* 2. *ejusd. IB. ibia. fol.* 57.

Fol. 234. *post lin.* 4.

LYCIUM *Asiaticum*, non serratum, Prunifolium, minus, ex *Insulâ Rhodiensi.* an Lycium *Hispanic.* folio oblongo. *C B P.* fortè Courou-Moelli *Hort. Malab. Part.* 5. *fol.* 77.

Ibid. ad lin. 16.

Todalle *Malabarorum. Ibid. ad lin.* 20. an Lycium (fortè) foliis subrotundis, integris, spinis & foliis ex adverso sitis. *Cat. Jam.* 171.

Fol. 234. *post lin.* 22.

An Ricini fructu glabro, arbor julifera, lacteſcens, folio Myrtino; *Cat. Jam.* 131. an Lycium Buxifolio rotundiore, integro, flore purpureo tetrapetalo, spinis validissimis, & longis armatum. *Cat. Jam.* 171.

Ibid. ad lin. 24.

Cujus baccæ sunt grandiores, trigonæ vel triquetræ, & striis ornatæ.

Ibid. post lin. 27.

Lycium confertis Buxi foliis, spinis horridum, compresso Guaiaci triquetro fructu, *Malabaricum.* Cauraichedde *Malabarorum.* An Licium *Siculum* Buxi folio, fructu trigono, rubro-nigro, *Cupan. Hort. Cath.* 111.

Fol. 234. *post lin.* 33.

Lycium *Indicum* elatius, floribus calyculatis, ex sinu foliorum plurimis simùl junctis, fructu albo Pisi formâ & magnitudine. Tetumecootan *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. ult.

An Cacao affinis frutex spinosus, Lycii facie, Jasmini flore albo, fructu in dispares particulas inter se arctè hærentes, diviso. *Cat. Jam.* 135.

Lycium *Coromandelianum*, Phillyreæ latioribus foliis, spinosum, floribus, Jasmini, longo tubulo donatis.

Fol. 235. *ad lin.* 4. *add.*

Chachedde *Malabarorum.*

Fol. 235. *post lin.* 14.

LYSIMACHIÆ Chamænerion dictæ latifoliæ similis, siliquosa, floribus parvis Hyacinthoidéis, in longiorem spicam disposítis. *Provinciæ Marianæ* alumna est.

Ibid. post lin. 16.

Lysimachia Chamænerion dicta alpina CBP. 245. et in *Prodr.* 216.

Fol. 235. *ad lin.* 18.

An Lysimachia siliquosa, alpina, erecta, Alsines foliis, *Bocconi. Mus. Plant. Tab.* 15.

Ibid.

Fol. 235. *poſt lin.* 18.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra, minor, *Mariana*, anguſtioribus ſive Hyſſopi foliis. Zacanal-Haotl *Chul ulenſis* ſ. Anagallis *Mexicana Hernandez apud Recc.* 241. hujus eſt omnino ſimilis.

Lyſimachia Chamænerion dicta minor, *Virginiana*, flore albo.

Ibid. ad lin. 31.

Huic fortè ſpectat Pozahualizpatli *Nov. Hiſpan. Hernandez apud Recc.* 398.

Ibid. ad lin. 33.

An Lyſimachia lutea non pappoſa, erecta, major, foliis hirſutis. *Cat. Jam.* 85.

Ibid. poſt lin. 35.

Lyſimachia non pappoſa *Terræ Marianæ*, leptoneurophyllos, flore tetrapetalo rubello, folio & caule hirſutie ferrugineâ hiſpidis.

Lyſimachia lutea corniculata, Hyſſopifolio, ex *Virginia*. An Lyſimachia flore luteo, tubo longiſſimo, D. *Oldelandii*. *Muſ. Pet.*

Fol. 236. *poſt lin.* 2.

Lyſimachia non pappoſa, Hyſſopifolia, fructu Caryophylloide parvo. Yellecootan *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 28.

Poſt *Vocem folio*; *lege* floſculorum petalis falcatis.

Ibid. ad lin. 37.

Poſt *Dioſcoridis add.* Ajuga (fortè) ſ. Chamæpitys altera, *Matthioli edit. Valgriſ.* 941. Chamæpitys 3. ſ. altera *Matthioli Hiſt. Lugd.* 1160. fortè etiam Anthyllis marina altera, *Narbonenſis*, *Penâ ejuſd. Hiſt. Lugd.* 1382. Icon tamèn infeliciter exſculpta, minùs convenit. Chamæpitys prima *Dioſcoridis* odoratior, *Lobelij Icon.* 383. Chamæpitys incana, exiguo folio, *CPB.* 249.

Ibid. ad lin. 38.

Poſt Vocem *donavit*. add. Erica marina humilis *Saccenſis*, Ericæ *Alexandrinæ* folijs, mollibus, piloſulis, albicantibùs *Franciſc. Cupani. Hort. Cath.* 69. Fortè etiam Thymelæa Sedi minoris perenni folio, atrovirente, ſ. fæmina, flore albo ſeminifara, *ejuſd. Cupani. ibid. pag.* 212.

Fol. 237. *ad lin.* 13.

Deleantur hæc verba ſcilicèt, à quâ Tsjeruparva *Hort. Malab. Part.* 10. haùd multùm abludit, quia hæc potiùs ad Althæarum genus pertinere videtur; quanquain *Commelinus* in *locum*; Illam poſuit pro ipſiſſimâ Cabrittâ.

M.

Fol. 237. *poſt lin.* 18.

MACER *Græcorum*, *Parkinſon*, *Theatr. Plant.* 1590. Macre *Indorum* ſive Arbor Dyſenteriæ. Et Arbor *S. Thomæ Chriſtianorum*, *Chriſtoph. Acoſt. Aromat. cap.* 12. Macer veterum *Clus. lib.* 4. *cap.* 4. Macer & Macir, Taliſafar,

safar, radicis cortex, *Avicenuæ. CBP.* 408. Cortex ad alvi profluvia, in *novo Orbe Monardis.*

Ibid. ad lin. 21.

Origanum *Indicum Park. Theatr. Pl. app.* 1674. *Ibid. ad lin.* 24. Et ex *Cap. Bon. Spei* nuper habuimus.

Ibid. ad lin. 33.

An Loti Arboris folio anguſtiſſimo, Arbor baccifera, racemoſa, fructu minimo, croceo, monopyreno, *Cat. Jam.* 163.

Fol. 237. *poſt lin.* 33.

MALVA flore luteo, *Sicula,* foliis moſchatis, criſpis ; *Boccon. de Plant. Siculis. pag.* 68.

Fol. 238. *ad lin.* 2.

Hujus quoque datur Species minor, ex *Alepo,* quam ex Seminibus enutritam, vidimus in *Horto* exoticarum amoenitate *inſtructiſſimo. D. Caroli du Bois,* undè dicitur.

Malva trimeſtri Similis, ſed multò minor *Chalepenſis.* An Malva trimeſtris, ac pumila *Cluſii Hiſt.*

Fol. 238. *ad lin.* 6.

Hujus autem fructus ex pluribus capſulis conſtat, in capitulum globoſum congeſtis, proindè rectius inter Alceas annumerenda eſſet.

Ibid. poſt lin. 6.

Malva *Africana* procumbens, Betonicæ foliis, margine lacinijs minutioribus elegantèr fimbriato ; *Almag. Bot.* app. *fol.* 401. An Malva acuminato, lacerato folio Betonicæ, hirſuta repens, *Cupani Hort. Cath.* 122.

Malva odorata, folio craſſo, et veluti criſpo, denſâ lanugine incano, Xanthij æmulo, floribus purpureis parvis, ex *Inſula Coo.* In Hortis excultiſſimis Dris. *Uvedale* & D. *Caroli* du *Bois* obſervavimus.

Fol. 238. *poſt lin.* 8.

Malva parva *Gaditana,* foliis incanis.

Ibid. poſt lin. 14.

MALUS Sylveſtris, Azarolæ ferè folijs, *Caroliniana,* fructu puſillo aureo. In *Horto Gulielmi Darby* creſcentem obſervavimus.

Fol. 238. *poſt lin.* 21.

Malus roſea *Malabarica* Syalita dicta, *Hort. Malabaric. Part.* 3. *fol.* 39. an Ἀρτοκαρποφόρος ſive Fructus panificius, The Bread-fruit, vulgo dictus, *Inſulæ Guam,* vel *Mariæ,* qui, ut teſtatur *Dampier,* Arboris eſt fructus, quæ amplitudine, et proceritate, maximas noſtratis *Inſulæ* Malos adæquat ; diffuſum habet verticem, ramis luxuriantem, et folijs atrovirentibus, fructus ex ramis provenit inſtar pomorum, quoàd magnitudinem, inſtar panis denario empti, quando modius tritici quinque ſolidis conſtat, figurâ rotundus, & coriaceo putamine cinctus: Cum fructus maturuerit, fit flavus, & mollis, guſtui ſuavis, ac jucundus. Indigenæ hujuſce *Inſulæ* (*Guam,* vel *Mariæ*) pro pane utuntur, adultum colligunt dum viridis, ac durus exiſtit, tum furno pinſunt, quod torret putamen, & nigrefacit, radunt verò exteriorem, nigram cruſtam, remanente alterâ cruſtâ molliuſculâ, ac tenui, pars autem interior mollis, & tenera eſt, & inſtar

ſtar medullæ panis denario empti candet; nequè ſemen, nequè oſſiculum habet, ſed omninò inſtar puræ panis ſubſtantiæ apparet. Neceſſe eſt ut edatur dum recens, ſi enim reponatur diutiùs, ſpatio viginti & quatuor horarum areſcit, & rancore ſtrangulatorio reſipit; guſtui autem egregiè placet, priuſquàm temporis morâ nimis veteraſcit. Hicce vero fructus octo menſes, ſingulo quoque anno viget, quo durante tempore *Indigenæ* nullo alio cibo panificii generis utuntur. Nunquam alibi hunc fructum mihi conſpicere contigit: Indigenæ quidem nobis ſignificabant, maximam hujuſce fructus copiam, in cæteris *Ladronenſibus Inſulis* innaſci, at nunquam audivi eum in aliis locis provenire. Hactenùs *Dampier Orbis Circumnavigat. pag.* 296. An Fructus in *Inſulâ Stæ. Mariæ*, Pyra majora referens, intùs mucculentum. *Part* 3. *Ind. Orient.* 10. *CBP.* 439.

Fol. 238. *ad lin.* 25.

Huc fortè ſpectat Yztlacatinipatli, *Nov. Hiſpaniæ. Hernandez, apud. Rec.* 453.

Fol. 239. *ad lin.* 12.

Poſt *vocem* imitatur, *add.* qui & ipſe videtur, has duas ſpecie diſtinctas *Theophraſti* plantas, malè confundere.

Ibid. ad lin. 17.

Variat etiam hujus Arbor Limoniæ, ſeu Mali *Medicæ* folio, & fructus medullâ albicante. An non Arbor *Scientiæ* cujus fructus erat Malum, in *terreſtri Paradiſo*, primis *Parentibus* interdictum, & quod Nobis exinde omnium Malorum ortum dedit fatalem; *Theologis* inquirendum propono; *nobis enim hoc veriſimile videtur.*

Ibid. ad lin. ult.

An Limones ſuâ ſpecie puſilli, in *Indiæ Inſulâ Zeilam Hiſt. Lugd.* fol. 1838. Attamen re verâ hujus Arbor eſt Coru *Parkinſoni* ſpecies, fructu minore.

Fol. 240. *ad lin.* 14.

Mamei folium, *Hiſt. Lugd. fol.* 1836. an Mombini et Mommina, *Almag. Bot. fol.* 307. *pl.* 5. an Mammee Sylveſtris, *Dampier Circumnav.* 204.

MAMMEE Canarinæ folijs, & facie, Arbor ex *Inſulâ Johanna.*

Ibid. ad lin. 30.

Fortè Tlapaltic-Cacolaxechitl *Hernandez apud Recc.* 94.

Ibid. ad lin. 33.

Senæ ſpuriæ, aut Aſpalatho affinis, arbor ſiliquoſa, foliis bifidis, flore pentapetalo vario. *Cat. Jam.* 50. fortè Ticaxochitl aut Tlauhquichulxochitl *Nov. Hiſpan. Hernandez. apud Recc.* 94. Chera-Mandarre *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 38.

Aateenarchedde *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. antepenult.

Dudaim in *Sacris Quorund.* de qua *vid. Epiſt. erudit. apud Stuckium in Conviv. lib.* 3. *cap.* 8. Dabit etiam aliquid. *Kyberus* in *Latin. Trago*, ut & *Tremell. Annot. in Geneſ.*

Fol. 241. *poſt lin.* 12.

MANGHA Sylveſtris, anguſtis foliis, nitore lucentibus, Thea *Indorum* ſapore ſimulans, Moruttan chidde *Malabarorum.*

Manghas Sylveſtris altera, anguſtis denſioribus foliis *Indiæ Orientalis*; Cautmaunchedde *Malabarorum.*

Fol.

Fol. 241. *post lin.* 16.

Manghas aquæ *Americana*, folio subrotundo, *Barbadensibus* Water Mangoes dicta. Hujus sunt fructus foris Amygdalæ pares, formâ, at magnitudine multò minores, Quos intùs imâ suâ parte intrà valvas conchæ anatiferæ putatæ in modum, villis longiusculis, & tenuissimis murini coloris obsitos, edit.

Ibid. ad lin. 27.

Hujus siliquæ, s. potius Folliculi, sunt longitudine duas, vel saltèm sesquispithamam excedunt, palpâ absque seminibus repleti.

Ibid. ad lin. 31.

An Mangle julifera, foliis subrotundis, versùs summitates latissimis confertim nascentibus, cortice ad coria densanda utili; Olive-Bark-Tree. *Cat. Jam.* 156. Item Mangle julifera foliis ellipticis ex adverso nascentibus; an Cereibuna *Piſonis ejusd. ibid.*

Ibid. ad lin. 33.

Post *fig.* 1. add. Mandioca radix in *Insula St. Catharinæ Hist. Brasil.* s. *Part.* 3. *Americ.* cap. 4, 9, 11, 15, 17. *ejusd.* CBP. 90. Aypi *Brasilianorum*, radix sesqui pedalis &c. ejusd. CBP. 91. Cassavi radix. *Part.* 8. *Ind. Occid. ejusd. ibid.* Item Cocuschaw *Hariot* in *Virginia. ejusd. Pinac.* 92. Ut & Arbor venenata 3. s. Succo venenato, radice esculentâ *ejusd. CBP.* 512. an Mandeoch parpie radix, castanearum sapore; *Part.* 7. *Ind. Occid. ejusd. pag.* 91. an Mandeoch Mandapore radix, ex quâ Vinum conficiunt *ejusd. Pinac. ibid.*

Ibid. ad lin. eandem.

Post 794. add. Arbor farinifera venenati succi *ejusd. IB. Tom.* 1. *lib.* 4. 505. Arbor innominata 2. succo venenato, radice esculentâ, *Jonst. Dendrogr.* 467. Tucubia *Nieremberg.* 328.

Ibid. ad lin. 39.

Est equidèm hæc planta de Ricinorum genere, & nominari meretur, Ricinus farinifera heptaphyllos, ex cujus radice venenatâ, & panem conficiunt *Americani.* Sub Ricini titulo in *Cat. Jam.* rectè ponitur, At hujus Author pro more consueto, Nominum consarcinat fasciculum, & nobis sanè in errore versari videtur, quòd Maniel foliis Pæoniæ, *Part.* 3. *Americ. epist.* 2. ut & Tockahough, quæ non sunt Species ab Aro diversæ, cum hoc suo Racino confundit, ac si ad unam eandemque plantam, utraque appellatio referenda sit.

Fol. 242. *ad lin.* 7.

An fortè Marrubium villosum, *Syriacum*, s. *Montis Libani ejusd. Breynii ibid.* 66. An Pseudo dictamnum nigro, rotundo, crispo folio. *Boccon. Mus. Pl. pag.* 152.

Ibid. ad lin. 14.

Marrubium *Hispanicum*, rotuntifolium, majus, seu latifolium; *Bocconi Mus. Pl. pag.* 167. *Tab.* 122.

Ibid. ad lin. 26.

An Marrubium foliis crispis, serratis, & incanis; PBP?

Fol. 243. *post lin.* 2.

MATRICARIA maritima, CBP. 134. Parthenium maritimum minimum, *Hist. Lugd.* 1395. Chamæmelum maritimum, *Dalechampii*; *ejusd.* 1394.

Fol.

Fol. 243. *ad lin.* 11.

Medicago trifolia fruteſcens incana; *Turnefort. Elem. Bot.* 328.

MEDICA fruteſcens minor, *Ind. Or.* ſubrotundis, ſericeis foliis, ſiliquâ falcatâ planâ, è *Maderaſpatán*; nupèr allatâ.

Ibid. ad lin. 16.

Medicago annua, Trifolii facie, *Turnefortii. Elem. Bot.* 328.

Ibid. poſt lin. 20.

Medica *Æthiopica*, foliis incanis, purpurea, floribus ſpicatis.

Ibid. poſt lin. 36.

Medica *Luſitanica*, dicarpos, fructu glabro, depreſſo. PBP. 352.

Fol. 244. *ad lin. ult.*

Medica polycarpos, *Turneforti. Elem. Bot.* 327.

Fol. 245. *poſt lin.* 4.

Medica minor *Syriaca*, floribus coronatis, luteis, ex foliorum alis, binis petiolis longioribus inſidentibus; ex *Aleppo.*

Ibid. ad lin. ult.

Varanna-mullee *Malabarorum.*

Fol. 246. *poſt lin.* 14.

MELILOTUS *Arabica*, Loto hortenſi ſimilis, flore luteo coronato; ſive floribus luteis in ſerta congeſtis.

Ibid. ad lin. 19.

Trifolium fructu racemoſo; *Bocconi Muſc. Plantar. pag.* 163. *Tab.* 124.

Ibid. ad lin. 36.

Melilotus ſive Sertula campana; *Hiſt. Lugd. fol.* 511.

Ibid. ad lin. 40.

Melilotus quædam *Cretica Proſp. Alpin. de exot. pag.* 273.

Fol. 247. *ad lin.* 8.

Yelanainreve *Malabarorum.*

Ibid. ad lin. 15.

Meliſſa arvenſis hirſuta, procerior, haud ingratè olens, albido folio. *Fr. Cupani Hort. Cath.* 140. Meliſſa ſylveſtris, foliis albidioribus, & lanuginoſioribus. *Petr. Caſtel. Hort. Meſſan.* Meliſſa ſylveſtris hirſuta major *Italica*; *Bocconi. Muſ. Pl. pag.* 166. *Tab.* 117. fortè etiam Lamium fætidum *Luſitanicum*, folio Meliſſe; PBP. *append.* Marrubium nigrum amplioribus foliis odoratis, ex *Inſulâ Coo*, ut velit quidam apud *Noſtrates*, non ita pridèm in re *Botanicâ Neophytus.*

Ibid. poſt lin. 15.

MELISSA *Vulgaris* folio, & facie, inodora, *ex Provinciâ Marianâ.*

Ibid. ad lin. 18.

Mentaſtrum maximum, flore cæruleo, Nardi odore. *Cat. Jam.* 64.

Ibid. ad lin. 21.

Hæc autem Meliſſa non eſt, ſed re verâ ad Mentharum genera accenſeri meretur, & nominari licet Mentha pilulifera Betonicæ formâ, & odore aromatico; ex *Inſulis Fortunatis.* Polihomons *Inſulanis* dicta.

Fol.

Fol. 247. *post lin.* 32.

Meliſſa *Canarina* multifido folio ſpicata, odorem Camphoræ ſpirans, penetrantiſſimum. vid. *Almag. Bot. app. fol.* 401. An *Moldavicæ* Species trifolia, ex *Americâ*, nupèr ad nos miſſa; *Turnefort. de opt. Meth. inſtituend. in re Herbar. epiſt. ad Sherard. pag.* 18. Folia habet terna, quaternà, interdùm quina ſerrata, hirſutie aſperiuſcula, Rubi foliorum æmula, ſummis caulibus emergunt flores ampli, galeati, pallidè rubentes, labio ſuperiore ſeu galeâ bifido, inferiore trifido albicante, lateralibus alis ex albo purpuraſcentibus, aut dilutiore purpurâ nitentibus, lineis albis intùs variegatis è calycibus ſtriatis, margine in quinque lacinias ſ. radios in extremitate inciſos diſſecto, uno pediculo pluribus ſimul nixis, ſpicam habitiorem Betonicæ vel Sideritidis *Anglicæ* ſtrumoſâ radice *Park.* ſimilem conficientibus, ſingulis floribus ſuccedunt quatuor ſemina ſimuljuncta, oblonga, pulla, quæ dilapſo flore, aliquandiu reſtant in calyce. Huic fortè congener eſt Katu-Kurka *Hort. Malab. Part.* 10. Tab. 90. quòad flores ſaltem, & eorum diſpoſitionem; Hi enim in vertice caulium, in ſpicâ compactiore congregati proveniunt, foliolo viridi cuſpidato reflexo ſuccincti, perſico aureo pallidi, odoris grati, &c.

Ibid. poſt lin. 38.

MELOCORCOPALI (fortè) *Scaligeri.* Arbor *Indica* Cydonii facie, fructu Melonis effigiè. *CBP.* 435. Arbor Cydoniæ magnitudine & foliis, cujus fructus Corcopal, *Theveto*, & *Lugdunenſ. Melory* forſan arbor *Inſulæ Nicobar* D. *Dampier Circumnavig.* 478. Hæc arbor quoàd amplitudinem & proceritatem ad noſtras Malos accedit, nigricanti cortice imbuta, folio non admodùm lato; Fructus hujus arboris magnitudine æquat Artocarpophoron (*i. e.*) Bread-fruit in *Inſula Guam.* s. panem denario emptum, quoàd formam Pyro ſimilis, putamine lento, ſed lævi, dilutè viridi colore, pars fructus interior quoàd ſubſtantiam pomo admodùm ſimilis, fibrillis verò lignoſis filamentorum magnitudine refertus, *D. Dampier* nunquam alibi hanc Arborem creſcentem conſpexit. Hæ ſunt arbores Melory dictæ, & ſua ſponte provenire videntur. Indigenæ hujuſce Inſulæ ollis majoribus utuntur duodecem vel quatuordecem amphoras continentibus ad incoquendum hujus Arboris fructum: has ollas fructu implent, & modicam aquam adhibentes os ollæ foliis tegunt, quibus vaporem includant inter bullendum, ubi fructus coquendo fit mollis, corticem delibrant & pulpam radunt à fibrillis plano ligniculo inſtar cultelli, exinde in fruſta grandiora componunt inſtar Caſei *Hollandici*, tum in ſex aut ſeptem dierum ſpatium conſervari poſſunt: flavum habet colorem, & guſtui placet, & pro cibo maximè utuntur.

Fol. 247. *ad lin.* 40.

Poſt *vocem* diſpoſitis *add. Pluc'ne-Tea* vulgò dicitur, & *Saluſandra* dici mereatur.

Fol. 247. *ad lin. ult.*

Et dici mereatur, Gentianis cognata, paludoſa, foliis ternis fabaceis, formâ, & magnitudine, floribus in ſpica fimbriatis.

Ibid. poſt lin. ult.

MENTHA tuberoſâ radice *CBP.* 227. Mentaſtrum tuberoſa radice *Cluſij Hiſt. Plantar.* Nepetha tuberoſa ſpicata purpurea *Hiſpanica Boccon. Muſ. Plantar. pag.* 44. *Tab.* 36.

Mentha

Fol. 247. *poſt lin. ult.*

Mentha ſpicata noſtras, Cardiacæ ſativæ formâ, & odore, æmula, folio rugoſiore. Mentha anguſtifolia ſpicata glabra, folio rugoſiore, odore graviore; *Raij Synopſ.* 128. Hanc multis abhinc annis invenimus ad ripas Fluvii *Medway* dicti in agro *Cantiano* propè oppidum Maidſtone vulgo dictum.

Mentha Saxifraga, anguſtiore folio ſpicata, ſapor eacri fervido. Mentha ſpicis brevioribus, & habitioribus, foliis Menthæ fuſcæ, ſapore fervido Piperis. *Raij Synopſ.* 124.

Fol. 248. *ad lin.* 2.

An Yxiayahoal *Chapaltepacenſis.* Nepeta *Mexicana, Hernandez apud Recc.* 224. *Ibid. ad lin.* 3. *add. Phytogr. Tab.* 308. *fig.* 1.

Ibid. poſt lin. 7.

Mentha Coſti Hortenſis folio, Balſamum apoplecticum redolens, ex *Inſulâ St. Helenæ.*

Mentha *Syriaca*, magnis Balſamitæ foliis, odoratiſſima, *Chalepenſis*, à præcedente diverſa.

Ibid. poſt lin. 9.

Mentha Meliſſoides *Americana*, propè ſummitatem caulis floribus, ex alis longo pedunculo Lupuli ad inſtar glomeratis. Et re vera eſt de Mentharum genere, quanquàm inter Scabioſas ponitur in *Almageſt. fol.* 335. ſub hoc alieno titulo, viz. Scabioſæ affinis, Chryſanthemi facie, Lamii foliis *Americana.* Sub quo etiam depingitur in *Phytogr. Tab.* 222. *fig.* 7. *Barbadenſibus* noſtratibus Archangel (hoc eſt) Lamium à foliorum ſimilitudine, & aliquando Sweet Scabious; i. e. Scabioſa redolens, & quibuſdam Perfumed-hops (i. e.) Lupuli odoriferi nuncupatur. An Sideritis ſpicata Scrophulariæ folio, flore albo, ſpicis brevibus habitioribus rotundis, pediculis inſidentibus, Wild-hops, *Cat. Jam.* 65.

Ibid. poſt lin. 13.

Mentha arvenſis verticillata, folio rotundiore, odore aromatico, D. *Vernon. Raij Synopſ. Stirp. Brit.* 123.

Mentha arvenſis verticillata, fragrantiſſimè moſchum redolens, è *Terrâ Marianâ.* Auricularia *Indorum* ad Surditatem efficax, Ear-wort, vulgò D. *Marlöe.*

Ibid. ad lin. 23.

Ricino quodammodò convenit.

MERCURIALIS *Coromandelienſis*, tricoccos, major, Urticæ facie, cum acetabulis. An Welia-Cupameni, *Hort. Malab. Part.* 10. *Tab.* 83.

Ibid. ad lin. 27.

Ut & Yxyayahuatl vel Yxyayahoal, *Nov. Hiſpan. Terentij apud Reccum. fol.* 448. Fortè etiam Yzquinchichioalli, *apud eundem Recc. fol.* 449.

Ibid. poſt lin. 27.

Mercurialis *Mariana*, Urticæ folio trinervis, floribus albis perexiguis.

Ibid. poſt lin. 29.

MESPILUS folio laurino major; *CBP.* 453. Meſpilus Setania, *Hiſt. Lugd.* 334.

Meſpilus peregrina, non ſerrata, Salicis capreæ longioribus foliis auriculatis.

Fol. 248. *post lin.* 34.

Mespilo Alni lanato folio majori similis, non crenata, Arbor ex *Insulâ St. Helena.*

Ibid. post lin. 36.

Mespilus *Mariana*, lanatis foliis minutissimè crenatis, floribus in spica digestis.

Fol. 249. *post lin.* 3.

Mespilus *Mariana*, mucronatis Pruni foliis, pallidè virentibus, fructu brevi pediculo insidente.

Eadem foliis lætè virentibus, pomis longo pediculo innixis.

Ibid. ad lin. 16.

Hujus autem arboris fructus duabus tantùm officulis sunt præditi, ergò deleantur quæ sequuntur verba, viz. An Oxyacanthus quinque officulis, fructu magno inclusis, *Banisteri.* Et eorum loco inserantur Oxyacantha officulis binis, fructu magno inclusis, *Banist. Cat. Virgin.* Quæ eodem in folio ad lin. 23, & 24. Expungantur, ut Synonymum prædictum illic malè attributum, ad hunc locum transponatur, & sic emendabitur error, hujus enim fructus officula instàr novæ Lunæ quodammodò arcuata, & ad extremitates acuta, sunt numero quinque.

Ibid. ad lin. 32.

Hujus fructus sunt nucleis gemellis, Officulis subrotundis.

Mespilus *Virginiana*, Pyracanthæ parvis subrotundis foliis, subtùs incanis, spinis longissimis armata.

Mespilus *Nov'anglicana*, Oxyacanthæ similis, officulis binis hæmisphæricis, ità inter se junctis, ut unum globum ritè conficiunt.

Ibid. ad lin. 40.

Hujus sunt baccæ parvulæ tetrapyrenæ, (i. e.) quatuor seminibus s. nucleis repletæ, figillatim & seriatim stipitibus adnatæ ; sive distinctis baccis Oxyacantha.

Ibid. ad lin. ult.

Pœoniæ *Ceylanicæ* titulus, quoniam non est multisiliqua, sed tricapsularis hexapetalos, malè huic plantæ tribuitur ; potiori jure Lilium *Ceylanicum* seminibus ad Pœoniam accedentibus dicatur. Sheranarchalunga & interdùm Calapecalunga à *Malabareis* nuncupatur apud quos radix pro Antidoto habetur.

Fol. 250. *ad lin.* 6.

Milium semine albo ; Peelechellendenaicum à *Mallabaræis* vocitatur.

Ibid. ad lin. 32.

An Millefolium alpinum, tomentosum, odoratum, nanum, *Bocc. Mus' Plant. pag.* 166. *Tab.* 120.

Ibid. ad lin. 38.

Tanacetum album tenuifolium, flore candido, *Bocc. Mus. Plant. pag.* 83. *Tab.* 25. Tanacetum odoratum, Absinthii *Pontici* profundò dissectis foliis viridibus, *Battistæ Trionfetti.*

Ibid. post lin. antepenult.

MILLEFOLIUM camphoratum aureum, *Monomotapense.*

Fol. 251. *ad lin.* 3.

Ad *Alepum* Urbem *Syriæ* maximum & Emporium celeberrimum, hoc Millefolij Chamæcypariss facie, perpulchrum genus collectum habuimus. Hùc fortè spectat Abrotanum fœmina incanum, albo Achillææ flore, *Creticum. Boccon. Mus. Plant. pag.* 46. *Tab.* 34.

Fol.

Fol. 251. *ad lin.* 5.

An Argyrocome Ericoides, ſ. foliis Roſmarini anguſtioribus, *Cap. Bon. Spec. Breyn. Prodr.* 2. 15. Chryſocome ſ. Argyrocome *Africana*, Ericoides, flore albo, *ejuſd. Prodr.* 1.

Ibid. poſt lin. 13.

Millefolium lenticulatum *Indicum*, capſulis orbiculatis; Yellapaſhee *Malabarorum* (i. e.) Planta aquatica.

Ibid. ad lin. 27.

An Æſchynomene ſpinoſa arboreſcens, frondibus orbicularibus, pinnis Acaciæ latioribus, ſiliquâ parvâ, filo pilis rigidis radiato, cinctâ, *Breynij. Prodr.* 2. *pag.* 9.

Ibid. ad lin. 38.

Nec non ex Oris *Coromandel* ad nos allata eſt. Acacia *Javanica* ſulcata, caule & foliorum coſtis ſpinoſis, *Hort. Med. Amſt. fol.* 205. *cum Icone.*

Ibid. ad lin. ult.

Hùc fortè ſpectat Yztacpatlis *Tepexicenſis*; Frutex quem *Michuacanenſes* Hoximo, vocant *Hernandez. apud Recc.* 106. cujus & altera *Icon* habetur *fol.* 481.

Ibid. poſt lin. ult.

MIMOSA hirſuta, pumila, flore purpuraſcente, quæ tactu ramulis non modo clauditur, ſed humi proſternitur. Mimoſa humilis herbacea, *Ind. Orient.* ſemine vulgaris æmulo; Chaddailackaree *Malabarorum*. Huic noſtræ Tlacoxiloxochitl flore barbato: *Hernandez apud Recc. fol.* 104. plurimùm convenire videtur.

Mimoſa humilis quadripennis, glabra, procumbens, guttis ſanguineis maculata, ex *Insula Ceylon.* Hanc perelegantem plantam curâ Induſtrij Hortulani D. *Joan. Adams*, à ſeminibus enutritam in *Hort. Epiſcopali Fulhamiæ* conſpeximus.

Mimoſa *Indica*, ſiliquis plurimis ſimùl junctis, latis, brevibus, flore parvo, globoſo. Varainchuddee *Malabarorum*.

Mimoſa pumila *Ceylonenſis*, erecta, multifolia, pinnulis ſingulis, maculâ purpureâ, utrinque notatis.

Fol. 252. *ad lin.* 4.

Poonchedda*i Malabarorum. Ibid. ad lin.* 15. An Mimoſa herbacea, non ſpinoſa, minima, repens, *Cat. Jam.* 153.

Ibid. ad lin. 24.

Vid. *Phytogr. Tab.* 4. *fig.* 4. An Malam-Todda-Vaddi, *Hort. Malab. Part.* 9. *Tab.* 21. Fortè etiam Mimoſa arborea, non ſpinoſa, *Indica*, Criſtæ pavonis facie, pinnis latiſſimis Tamarindi, ſiliquâ ſpadiceâ, maximâ; *Breyn. Prodr.* 2.

Ibid. poſt lin. 24.

Mimoſa non ſpinoſa, Coluteæ foliis, floribus ſtamineis, ſiliquâ latâ, fuſcâ, brevi, & lignoſâ; Erewetamaram *Malabarorum*.

Ibid. ad lin. 33.

An Herba ſentiens, & pudica, *Bontij fol.* 120. Herba viva, foliis, & floribus longis pediculis uni thyrſo inſidentibus, *Ambonica*; *Rumph. Eph. Germ. Ann.* 11. *Obſ.* 32. An fortè Charitoplepharon *Jubæ* regis *Mauritaniæ*. Herba amatoriis efficax, quæ circa *Troglodytarum Inſulam* naſcitur; *apud Prin. lib.* 13. *cap.* 25.

Fol. 252. *ad lin.* 38.

Jalappa vera, Mirabilis *Peruviana*, flore rubro, *Munting. cultur. Plantar.* 212. The Flower of the Noon, *in Ligon. fol.* 99. & vulgò, The four a Clock-Flower, nuncupatur.

Fol. 253. *ad lin. antepenult.*

Hujus radicis cortex, *Sàm pè pî* à *Sinenſibus* vocatur ; *Cleyeri Med. Simpl. Chinenſ. pag.* 530. *no.* 280.

Fol. 254. *poſt lin.* 2.

MORUS *Mariana*, denſioribus ſubrotundis foliis, ad oras amplioribus ſerris: An Morus *Virginiana Park.*

Ibid. ad lin. 10.

Ut de Larico Muſco ſuo dicit *Johan. Bauhinus*, *Tom.* 1. *Part.* 2. 273. Sic dici poſſit de noſtro, *Totus citrino colore nitet peramœno.*

Fol. 256. *ad lin.* 3.

Fortè etiam, Muſcus terreſtris, Cupreſſinus, nanus, *Styrienſis* ; *Boccon. Muſ. Plant. pag.* 161. *Tab.* 108.

Ibid. poſt lin. antepenult.

Muſcus polytrichoides, humi inſtratus, The Carpet-Moſſe dictus.
Muſcus erectus Abietiformis ; ex *Inſulâ Johannâ.*

Fol. 258. *ad lin.* 6.

An Muſcus terreſtris, minor, repens, cujus ramuli, foliis multis & minimis ſeriatim quadrato ordine diſpoſitis, cinguntur, *Cat. Jam.* 12.

Ibid. ad lin. 31.

An Aphyllon *Indicum JB. Tom.* 2. *lib.* 15. *fol.* 211. Roſa *Hierochonticæ* exſiccatæ ſimilis, Blatterloſe *Hollandis* ; Fruticulus ad Scorbutum ; *Ind. Orient. Part.* 4. *fig.* 21. *Caſp. Bauh. Pinac.*

Ibid. poſt lin. 38.

MYROBALANUS citrina, Carcai *Malabarorum*, eſt Arbor Prunifera. Pruna rectius appellari cenſet *Garcias*, *Arom. lib.* 1. *cap.* 27. invehiturque in Arabum Interpretes quod Myrobalani vocem Arabicam *Delegi*, *Halilegi* glandem reddiderint cum pruna longè convenientius vertere potuiſſent. *Meſue* recenſet opinionem *Illorum* qui Citrinas, *Indas*, & Chebulas, ejuſdem Arboris fructus eſſe judicant, citrinas quidèm, ubi nondùm maturi ſunt fructus, *Indas* ubi maturuerint : Chebulas ejuſdem arboris eodem anno eſſe fructum. Ipſe autem de diverſis eſſe arboribus videtur aſſerere, verior ſententia diverſas eſſe, ut diverſæ operationis. *Garcias* ab *Orto*, & poſt eum *Chryſtophorus à Coſtâ* diverſas eſſe arbores teſtantur. *Veſtingius de Pl. Ægypt.* rectè, Errant (ſcribit) qui tot Myrobalanorum genera unius arboris fructus eſſe arbitrantur. Species ſeptem ex *Serapione* enarrare ſe poſſe exiſtimat *Gabriel Fallopius*, *inſignis Simplicium in Patavino Athenæo demonſtrator*, quinque tamen tantùm ſunt *Officinis* notæ. Ignotæ fuêre hæ Arbores, & hi fructus veteribus *Græcis*, ab *Arabibus* primò in *Scholam Medicam* introducti. Citrinæ Myrobalani dictæ primum obtinent locum. Quæ in Lotio bovino calide infuſæ, & ægro propinatæ, infallibiliter, ut aiunt, hydropi medentur. An verò ſit hæc Arbor eadem cùm Phœnico-balano, *Plin. Hiſt. Nat. lib.* 12. *cap.* 22. ſ. Palmâ Myrobalaniferâ, *lib.* 23. *cap.* 5. Ut & iſta fungoſa

goſa ſubſtantia Tuberibus ſimilis, quæ Myrobalani citrinæ flores, & à quibuſdam Faba *Bengalenſis* dicitur, ad omnes hæmorrhagias, præſertim ad hæmoptoſyn ſiſtendum, ſummè utilis, ſit primum iſtius Palmæ fructûs rudimentum, quam *Plinius* Adypſon vocitet, nos ſolertiſſimis Naturalium Indagatoribus conſiderandum relinquimus.

Fol. 258. *poſt lin.* 38.

Myrobalanus Bellerica *Officinar.* Taunecai *Malabarorum.* Cujus fructus ſunt quaſi piloſi, in extimâ facie, ut ritè dixit *Fallopius*; Fortè Tani, *Hort. Malab. Part.* 4. *Tab.* 10. Cujus in deſcriptione, fructus ſunt cortice tenui glabro nitente, ac rubicundo cincti, noſtri tamèn cortice ſericeâ lanugine ex ſubruſſo, nitente ſunt obvoluti, cæteris autem huic omnino convenit, ut eandem eſſe Arborem meritò ſuſpicari liceat. Perperam enim mea quidem ſententiâ huic Tani *Malabaricæ* à *Commelino* adſcribitur; Fructus in *Inſulâ St. Mariæ* pyra majora referens, intùs mucculentum, *CPB.* 439. Myrobalano Bellericæ ut *nobis* videtur Idu-Mulli, *Hort. Malab. Part.* 4. *Tab.* 18. congener eſt; & nominari poteſt Myrobalanus *Indica*, Arbor ſpinis horrida, anguſtiori folio longo, fructu racemoſo. Hujus quoque Indolis, ſcilicèt quoàd fructus ſaltem, eſt Punanchidde *Malabarorum.* Quæ ſub titulo Purnaval etiam aliquando ex *Orient. Indiâ* accepimus (i. e.) Arbor aromatica è *Coromandel* Laurinis foliis binis, terniſvè noſtra; *Raij* cujus ramulus abſque fructu tunc nobis inviſo, in *Phytogr. Tab.* 14. exhibetur; & dici mereatur Prunifera triphylla *Indica* foliis & ligno aromaticis, fructu umbellato pyriformi, ſericeâ lanugine tecto. Forſitàn non incommodè ad Agallochum, barbarâ appellatione, nunc ob ſaporem amarum, Xyloaloen referri poſſit, Arbor ad Thymiamata retrorſioribus ſæculis frequenti uſu, cujus fit mentio *in libro Proverbiorum, cap.* 7. *v.* 17. *Canticorum* 4. *v.* 14. *Pſal.* 45. *v.* 9. Eadem arbor aromatica, ſeu idem Aloës lignum deſignatur *Joan.* 19. cum ſcribitur quod *Nicodemus* venerit φέρων μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης ὡσεὶ λίτρας ἑκατὸν, ferens miſturam Myrrhæ & Aloes, quaſi libras centum. Agallochum *Officinarum, CBP.* 393. Lignum Aloës vel *Paradiſi*, vel Sanctæ Crucis, *Cornaro.* Lignum eſt (Autore *Dioſcoride lib.* 1. *cap.* 21.) quod ex *Indiâ* & *Arabiâ* adfertur, Thyino ligno ſimile, ἐστιγμένον, ἐυῶδες παραπλήσιον ἐν τῃ γευσει μετὰ ποσῆς πικρίας, punctis & maculis diſtinctum, odoratum, cum amaritudine quâdam guſtum adſtringens; quod vero Agallochi arborem, fructum proferre rotundum, Piperis modo, & rubentem *Serapio libr. Simplic.* refert, à veritate alienum eſſe ſuſpicor, cum nec reliqui *Arabes*, *Rhaſis*, *Averroës* & *Iſaac*, uſquàm ejus fructûs meminèrunt, tametſi Agallochi facultates deſcripſerint: Cum verò rariſſima ſit hæc Arbos, Santalum flavum, aut citrinum ejus Ἀντιβαλλόμενον ponitur. Ita *Renodæus*, *Si deſit* Lignum aloës, *Sandalum citrinum ſubſtituendum.*

Myrobalanus Emblica anguſtis Acaciæ foliis, floſculis Tamariſci racemoſis. Nellemaram *Malabarorum.* An Myrobalanus Emblica, *Cluſij Not. ad Garc. Arom. Hiſt. lib.* 1. Myrobalanus Emblica, foliis Securidacæ, *Breyn. Prodr.* 2. 74. Nilicamaram, *Hort. Malab. Part.* 1. *fig.* 38. *vid. fol.* 6. hujus *Almageſt.*

Fol. 259. *ad lin.* 3.

An Myrrhis annua alba, hirſuta, nodoſa, Paſtinacæ ſylveſtris folio candicante, *Hort. Cath.* 148.

Fol.

Fol. 259. *ad lin.* 8.

